92

A

10

~~L. B. 26~~
92
A. 10
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

92
A 10

تعليم طوطي زبان فارسي

GRAMMATICA
LINGUAE PERSICAE

ACCEDUNT

DIALOGI, HISTORIAE, SENTENTIAE,

ET

NARRATIONES PERSICAE.

OPERA ET STUDIO

FRANCISCI DE DOMBAY.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

VINDOBONAE.

APUD ALBERTUM CAMESINA

1804.

Digitized by Google

زنبور درشت و بي مروترا گوي
باري چو عسل نمي دهي نيش مزن

Asperae, et inurbanae dicas api,
cum mel non das, saltem ne pungas.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO. COMITI

GEORGIO. FESTETICS. DE. TOLNA

PROPAGATORI. AGRORUM. LOCUPLETATORI. CIVIUM

QUOD. SCHOLAM. AGRICOLATIONIS

KESZTHELINI. IN. PANNONIA

APERTAM. SUA. IMPENSA

INSTRUMENTO. RUSTICO. ORNANDAM. CURAVERIT

ATQUE

LL. OO. ARTIUMQUE. BONARUM

STUDIA. IN. POPULARIUM. COMMODA. AUCTA

PROMOVERIT. OMNI. LIBERALITATE

INDULGENTISSIMO. PATRONO

HOCCE. OPUSCULUM

FRANCISCUS. DE. *DOMBAY*

PUBLICE. DEDICAT

MDCCCIV

Digitized by Google

LECTORI PHILOPERSAE.

Diversas equidem idiomatis persici grammaticas extare, nemo non novit: sunt, quae jam pluribus abhinc annis, quaeque recentioribus temporibus in lucem publicam prodiere; in his quaedam jam rarae adeo sunt, ut reperiri hoc aevo haud queant, quaedam insuper extensae admodum, atque infinitis quoque regulis refertae, ita, ut sua prolixitate tyronem a venustissimae linguae studio penitus deterreant, aliae denique concisae nimium, ut penuria sua ciere potius sitim, quam restinguere videri possint.

Digitized by Google

Ego itaque, ut mihi quidem videor, medium iter carpere conatus, neque magna regularum copia tyronem obruere, neque brevitate nimia obscurum quid reddere elaboravi. Quamobrem ea omnia, quae in grammaticis institutionibus *Meninskii, a) Jonesii, b) Gravii, c) Ignatii a Jesu, d) Castelli, e) Angeli a S. Josepho, f) Podesta, g) Ludovici de Dieu, h) Viey-*

---

a) Institutiones linguae turcicae cum rudimentis paralellis linguarum arabicae, et persicae etc. Vindobonae. 1756. 4.

b) A Grammar of the persian language; London. 1771. 4.

c) Elementa linguae persicae, etc. 1649. 4.

d) Grammatica linguae pers. Romæ. 1661. 4.

e) Lexicon heptaglotton etc. Londini. 1669. Fol. max.

f) Gazophylacium linguae Persarum. Amstelodami. 1684. Fol.

g) Cursus grammaticalis Lingg. OO: Pars III. Persismus, et Arabismo Persismus. Viennae. 1691. 4.

h) Rudimenta ling. Persicae etc. Lugd. Batav. 1739. Hujus grammaticae posterior itidem extat editio, Patavii impressa. 4.

Digitized by Google

ra, *i*) *Moises*, *k*) *Gladwin*, *l*) et celebris *Ferhengii Schuuri*, *m*) ac *Wehebii*, *n*) scitu digniora invenire integrum erat, in hanc isagogem congerere, quamque licuit, excerptas regulas exemplis illustrare studui.

Grammaticam excipiunt Dialogi, ex diversis auctoribus, vel editis, vel non editis, deprompti; *o*) hos Historiae, Sententiae, *p*) et Narrationes persicae *q*) sequun-

---

i) Brevis, clara, facilis, ac jucunda non solum arabicam linguam, sed etiam hodiernam persicam addiscendi methodus. Dublini. 1789. 4.

k) The persian Interpreter, Newcastle. 1792. 4.

l) The persian Moonschee; London. 1801. 4. max.

m) کتاب فرهنگ شعوری *Fol.*

n) کتاب تبیان نافع درترجمهٔ برهان قاطع

o) تحفة العشاق — The persian Moonschee. — Ury dialogi persico anglici. Oxonii. 1774. 4.

p) Musladini Sadi Rosarium politicum, de persico in latinum versum a Georgio Gentio. Amstelodami. CIↃIↃCLI. Fol.

q) Narrationes persicae, editae, ac latine conversae a Joh. Ury. Oxoni. 1771. 4.

Digitized by Google

tur, quas in meliorem usum tyronum, atque exercitii gratia adjicere placuit, ut eorum quilibet applicatas regulas, exemplis variis magis magisque dilucidatas, facilius comprehendere, ac memoriae infigere valeat.

Paucis hisce te volebam, Lector benevole, quare utere istis linguae persicae rudimentis, quae tibi pro humanitate tua, et in eruditas res omnes amore lubens, ac volens dedico, et consecro, meisque, qualibus demum cunque, literatis conatibus favere perge. Vale.

Digitized by Google

GRAMMATICA
LINGUAE PERSICAE.

Grammaticæ Persicæ capita constituimus octodecim: 1. De Literis Persarum. 2. De Nomine, Genere, et Numero. 3. De Casu. 4. De Comparativo, et Superlativo. 5. De Pronominibus. 6. De Verbo. 7. De Verbo Substantivo *Esse*. 8. De Conjugatione. 9. De Verbis irregularibus. 10. De Verbo Negativo, et Passivo. 11. De Specie Nominum. 12. De Figura Nominum. 13. De Numeralibus. 14. De Adverbiis, et Præpositionibus. 15. De Conjunctionibus, et Interjectionibus. 16. De Syntaxi Nominum. 17. De Syntaxi Verborum. 18. De Syntaxi Particularum.

Caput Primum.

De Literis Persarum.

Persæ, ex quo Mohammetismus invaluit, ab Arabibus, ut Religionem, ita etiam literas sumpserunt, eosdemque nexus, ac ductus characterum usurpant; habent igitur viginti octo literas sequentes:

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن و ه ي

Supposita jam aliqua Linguæ Arabicæ cognitione, literarum pronunciationem, et valorem hic adferre supervacaneum duximus.

Digitized by Google

Præter has literas, quatuor sibi habent peculiares, ac proprias Persæ, nempe:

پ باي فارسي *bāj fārsī*, Be persicum, valet *p*. Latinorum, ut پاي *pāj*. Pes.

چ جيم فارسي *gimī fārsī*, Dschim persicum, valet *tsch* Germanorum, ut چاش *tschāsch*, cumulus frumenti.

ژ زاي فارسي *zāj fārsī*, Ze persicum, valet *j*, Gallorum, aut *sch* Germanorum lenius pronunciatum, ut ژاژ *schāsch*, Vaniloquium, tandem:

. گ كاف فارسي *kāfī fārsī*, kief persicum, quod ut *g* durum cum admixto, seu quasi adjuncto *i* profertur, e. g. گل *gül*, rosa.

In Persicis literæ affines حروف تواخي *hurūfī tewāchy*, sunt; ب *be* cum و *waw*; ut آب *āb*, آو *āw*, aqua; تاب *tāb*, et تاو *tāw*, calor, potentia; ب *be* cum پ *pe*, ut بستوق *bestūk*, et پستوق *pestūk*, amphora; ب *be* cum ف *fe*, ut جاروب *giarūb*, et جاروف *giārūf*, scopæ; پ *pe* cum ف *fe*, ut پيل *pīl*, et فيل *fīl*, elephas; پاليز *pālīz*, et فاليز *fālīz*, hortus; سپيد *sipīd*, et سفيد *sifīd*, albus; پ *pe* cum ک *kiaf*, ut پنجشک *püngiüsk*, et کنجشک *küngiüsk*, passer; ت *te* cum د *dal*; ut بت *büt*, et بد *büd*, idolum; د *dal* cum ذ *zāl*, ut پدر *peder*, et پذر *pezer*, pater; ف *fe* cum و *waw*, et ب *be*, ut زفان *züfān*, زوان *zūwān*, et زبان *zübān*, lingua; س *sin* cum ش *šin*, ut فرسک *firisk*, et فرشک *firišk* uva serotina; et sic modo hac, modo illa utuntur litera.

Præter has, Persæ etiam alias literas inter se permutare solent, quæ pariter aliquam affinitatem inter se habere videntur, ut:

ت *te* cum ط *thy*, ut تيهو *tīhū*, et طيهو *thyhū*, perdix; تباهه *tebāhe*, et طباهه *thebāhe*, pulmentum acidum; نفت, et نفط *neft*, naphta.

ج *gim*, quod nonnunquam cum literis ت *te*, ز *ze*, ژ *je*, et ک *kiaf* permutatur, ut داراج *dārāg*, et دارات *dārāt*, pompa; ترجمان *tergiümān*, et ترزمان *terzemān*, interpres; اخشيج *achšīg*, et اخشيک *achšik*, adversarius; لاجورد *lāgiwerd*, et لاژورد *lājiwerd*, lapis lazuli, cyanus.

Digitized by Google

ج *ćim* cum ژ *je*, ش *śin*, et ص *sad*, ut کچ *Keć*, et کژ *Kej*, curvus; کاچ *kāć*, et کاژ *kāj*, luscus; چاروب *ćiārūb*, et شاروب *śārūb*, scopæ; چین *ćin*, et صین *syn*, Sinæ, regnum sinense: چنک *ćenk*, et صنج *sang*, instrumentum aliquod musicum.

خ *chy* cum ک *Kief*, ut خمان *chamān*, et کمان *Kemān*, Arcus.

ش *śin* cum س *sin*. ut مشک *miśk*, et مسک *misk*, Moschus.

غ *ghain* cum خ *chy*, ut غلیواج *ghalīwāg*, et خلیواج *chalīwāg*, Milvus.

ق *kaf* cum ک *Kiaf*, ut خناق *chunāk*, et خناک *chunāk*, Angina.

ک *Kiaf* cum ق, ut دانک *dānek*, et دانق *dānak*, sexta pars unius Miskal, et cujuscunque rei; کبان *Kebān*, et قبان *kabbān* statera major publica; کهربا *Kerūbā*, et قهربا *kahrūbā*, succinum, electrum.

گ *giaf* cum ج *gim*, ut گوهر *gewher*, et جوهر *gewher*, gemma, margarita; پرگار *pergār*, et فرجار *fergiār*, circinus.

م *mim* cum ن *nun*, ut خمبره *chumbere*, et خنبره *chunbere*, seria parva.

ه *he* cum ج *gim*, ح *ha*, et ق *kaf*, ut بابونه *hābūne*, et بابونج *bābūneg*, chamæmelum; بنفشه *benefśe*, et بنفشج *benefśeg*, viola; گناه *gūnāh*, et جناح *giūnāh*, crimen, peccatum; دله *dele*, et دلق *delak*, mustela foenaria; رمه *reme*, et رمق *remak*, grex.

Literæ ث ح ص ض ط ظ ع غ ق in dictionibus vere persicis raro adhibentur, adeo ut, quæ harum literarum aliquam habere deprehenduntur, arabicæ dictiones fere omnes sint habendœ. Vocabulum صد *sad*, centum, persicum est, etsi per ص *sad* scribatur, شصت *śast*, hamus, sic et paucula alia.

Quando litera خ *chy* sonum medium inter fatham, et zammam assumit, Persæ, ad indicandum hunc sonum, literas و *waw*, et ا *elif* post خ *chy* ponunt, ut خواستن *chāsten*, velle, petere; خواهر *chācher*, soror; خواب *chāb*, somnus, quasi *cho-āsten*, *cho-āher*, *cho-āb*; si vero sonum medium inter fatham, et kesram assumere debet, literas و *waw*, et ي *je* illi annectunt, ut خویش *chyś*, ipse, propinquus, خوید *chyd*, frumentum virens, dissectum gramen, quasi: *cho-īś*, *cho-id*.

Digitized by Google

Literæ ض *zad*, et ظ *zy* Persis eodem fere modo pronunciantur, nempe ambæ ut *z*, latinorum, vel potius ut *z* gallicum; *e. g.* رضوان *rizwān*, beneplacitum; نظر *nazr*, intuitus.

Duplex est litera ه *he* apud Persas, nempe هاي آصلي *hāj āslī*, Je radicale, quod semper sonum suum proprium habet, et sicut *h* pronunciatur, ut گمراه *gümrāh*, devius, qui viam amisit; همراه *hemrāh* comes itineris; et هاي علامت *hāj ālāmet*, Je quiescens, sive otiosum, quod quidem scribitur, sed non pronunciatur, sed post fatham antecedentem quiescit, ut گريه *girje*, fletus, بنده *bende*, servus.

Diversa quoque literæ ي *je* habent genera, ex quibus sequentia notatu digniora esse videntur; 1. ياي اضافت *jāj izāfet*, Je anexionis, ut پاشاي بغداد *Pašāi Baghdād*, Præfectus Bagdadensis. 2. ياي وحدت *jāi wahdet*, Je unitatis, ut گرگي *gürkī*, unus lupus. 3) ياي مصدر *jāi masdar*, Je substantivi, ut دوستي *dostī*, amicitia. 4. ياي نسبت *jāi nisbet*, Je relationis, ut اصفهاني *isfahānī*, Spahanensis; آتشي *āteši*, igneus. 5. ياي خطاب *jāi chytāb*, Je secundæ personæ, ut رسيدي *resīdi*, pervenisti, رسي *resī*, pervenis. 6. ياي حكايت *jāi hikājet*, Je narrationis, ut رسيدي *resīdī*, pervenit. 7. ياي تنكير *jāi tenkīr*, Je vagum, non determinatum, *e. g.* پادشاهي *pādišāhi*, aliquis, quidam Rex.

Vocalium eadem est ratio, sicuti apud Arabes, notisque orthographicis utuntur Persæ quoque, excepta *Wesla*, quia *Elif* unionis non habent; Cum vocales per literas اوي producantur, nempe fatha per ا *Elif*; Zamma per و *waw*, et kesra per ي *je*, promiscue eædem passim corripiuntur, abjectis literis اوي ut دهان *dehān*, et دهن *dehen*, os, oris; بودن *būden*, et بدن *büden*, esse; ديه *dīh*, et ده *dih*, pagus.

Absentia Vocalium in libris manuscriptis magnam parit difficultatem, multæ enim dictiones consonantibus eædem, solis vocalibus diversæ, diversa significant, ut گل *gül*, rosa, گل *gil*, lutum; گل *kel*, porrigo; sic گشتن *gešten*, fieri; كشتن *kišten*, seminare; كشتن *küšten*, occidere, interficere.

Persæ in dictionibus, quæ duas consequentes consonas vocalibus destitutas habent, solam secundam *giezma* notare solent, ut دست

dest, manus; شرمسار śermsār, pudibundus. *Medda* apud Persas etiam literæ *Elif* apponitur, valetque duplicem fatham, i. e. *ā* longum, ut آمدن *āmeden*, venire; ut contra quæcunque ab *Elif* incipientia carent *Medda*, efferuntur per fatham, sive *a* breve, vel *e*, ut اخكر *ackker*, pruna ignis; اسب *esb*, equus.

Scripturæ genus apud Persas maxime usitatum est تعليق *ta'lȳk*, شكسته *śikeste*, et نسخي *neschy*; Tonus, sive productio syllabarum hic in penultima est.

Valorem characterum nostrorum quod attinet, quibus in hac Grammatica ad exprimendam pronunciationem literarum, aut lectionem vocum persicarum, usi sumus, sequentia sunt notanda:

ج *ğim* ubique per *ğ* expressimus methodo Clar: Meninskii, valetque germanicum *dsch*.

چ *ćim* per *ć*, quod sicut *tsch* germanicum pronunciari debet.

خ *chy* per *ch*, in gutture formatum.

Literas ظ ض ذ د *dal*, *zal*, *zad*, *zy*, per *z*, quod ut gallicum in dictione *zelé* efferendum est.

ژ *je* per *j*, quod ut *j* consonans, aut ut *g* ante *e*, vel *i* apud Gallos pronunciatur, ut in dictionibus *j'ai*, *Général*, *gît*.

ش *śin* per *ś*, quod ut *sch* Germanorum sonat.

غ *ghain* per *gh*, ita ut simul cum *g* etiam *h* audiatur.

ق *kaf* per *k*. — ک *k'iaf* per *k'*. — گ *g'iaf* per *g'*.

Caput Secundum.

De Nomine, Genere, et Numero.

Nomen, اسم *ism*, est duplex: substantivum ut: كتاب *kitāb*, liber, دوستي *dostī*, amicitia; vel adjectivum, ut: خوب *chūb*, pulcher, بزرگ *büzürk'*, magnus.

Digitized by Google

Genus جنس *ğins*, apud Persas unicum est, et invariabile tam in nominibus substantivis, quam adjectivis, ut خوب *chūb*, pulcher, dicitur enim مرد خوب *merdi chūb*, pulcher vir, et زن خوب *zenī chūb*, pulchra fœmina. Ad distinquendum genus in substantivis, habent vel nomina distincta, aut significationem supplent per terminos sexum discriminantes, ut in hominibus per پسر *pūser*, puer, et كنيز *Kenīz*, puella; in ceteris animantibus per نر *ner*, mas, et ماده *māde*, fæmella, ut نر گاو *ner gāw*, bos; ماده گاو *māde gāw*, vacca; sæpius tamen postponuntur illa, ut شير نر *śīrī ner*, Leo; شير ماده *śīrī māde*, Leæna; خر نر *charī ner*, asinus; خر ماده *charī māde*, asina; quædam tamen ipso nomine discriminantur, ut خروس *choros*, gallus, ماكيان *mākjān*, gallina.

Numerus pluralis جمع *ğemā* fit additis Nominativo particulis ان *ān*, vel ها *hā*; nimirum in nominibus hominum, ceterorumque animantium, اسماي ذوي الارواح *esmāī zūil-erwāh* dictis, addita terminatione ان *ān*, ut مرد *merd*, vir, مردان *merdān*, viri; زن *zen*, fœmina, زنان *zenān*, fœminæ; گرگ *gürk*, lupus, گرگان *gürkān*, lupi; مرغ *murgh*, avis, مرغان *murgkān*, aves.

Nomina terminata ا *elif*, vel و *waw* quiescentibus post vocales homogeneas, assumunt ante ان *ān* literam ي *je*, ut دانا *dānā*, sapiens, دانايان *dānājān*, sapientes, آشنا *āśinā*, notus, amicus, آشنايان *āśinājān*, noti, amici; بدخو *bedchū*, vitiosus, بدخويان *bedchūjān*, vitiosi; پرستو *perestū*, hirundo, پرستويان *perestūjān*, hirundines.

Desinentia in ه *he* otiosum, sive quiescens post fatham, adsciscunt ante ان *ān*, literam گ *gief*, ut بنده *bende*, servus, بندهگان vel بندگان *bendegān*, servi, ommissa litera ه *he*; sic فرشته *firiśte*, angelus, فرشتگان *firiśtegān*, angeli; خواجه *chāğia*, vel *choğia*, magister, خواجگان *chāğegān*, magistri.

In Nominibus rerum inanimatarum اسماي جمادات *esmāī ğemādāt* dictis, additur Nominativo particula ها *ha*, e. g. آسمان *āsumān*, cœlum, آسمانها *āsumānhā*, cœli; زمين *zemīn*, terra; زمينها *zeminhā*, terræ, آب *āb*, aqua; آبها *ābhā*, aquæ, سنگ *senk*, lapis, سنگها *senkhā*, lapides. Membra corporis humani quoque Plurale addendo ها *hā* for-

Digitized by Google

mant, ut: تن *ten*, corpus, تنها *tenhā*, corpora; سر *ser*, caput, سرها *serhā*, capita; چشم *ćeśm*, oculus, چشمها *ćeśmhā* oculi; دست *dest*, manus, دستها *desthā*, manus; پا *pā*, pes, پاها *pāhā*, pedes.

In Nominibus in ه *he* otiosum desinentibus, illud sæpe absorbetur, ut: خانه *chāne*, domus, خانها *chīnehā*, باده *bāde*, vinum, بادها *bādehā*, vina, جامه *ğiāme*, vestis, جامها *ğiāmehā*, vestes.

Non pauca Nomina utramque Pluralis admittunt terminationem, ut: فرشته *firiśte*, Angelus, فرشتگان *firiśtegān*, et فرشتها *firiśtehā*, Angeli. شتر *śütür*, camelus, شتران *śüturān*, et شترها *śürturhā*, cameli; بچه *pede*, infans, parvulus, بچگان *pećegān*, et بچها *pećeha*, infantes گناه *günāh*, peccatum, گناهان *günāhān*, et گناهها *günāhhā*, peccata, استخ *estach*, hircus, استخان *estachān*, et استخها *estachhā*, hirci; بره *bere*, agnus, برگان *beregān*, et برهها *berehā*, agni; درخت *diracht*, arbor, درختان *dirachtān*, et درختها *dirachthā*, arbores: میوه *mīwe*, fructus, میوگان *mīwegān*, et میوها *mīwehā*, fructus; روز *rūz*, dies, روزان *rūzān*, et روزها *rūzhā*, dies; شب *śeb*, nox, شبان *śebān*, et شبها *śebhā*, noctes.

Dictiones آفتاب *āfitāb* sol, et ماه *māh*, luna, pluralem addendo ان *ān* formant, ut آفتابان *āfitābān*, soles, ماهان *māhān*, lunæ.

In lingua persica etiam nomina arabica fiunt pluralia, assumtis particulis numeri pluralis, *e. g.* مسافر *musāfir*, hospes, مسافران *musāfirān*, hospites; تقصیر *taksȳr*, defectus, تقصیرها *taksȳrhā*, defectus; immo Persæ utuntur plurali ipso arabico مسافرون *musāfirūn*, et تقصیرات *taksȳrāt*.

In quibusdam libris persicis invenitur pluralis sæpius terminatus in ات *āt*, et جات *ğiāt*, præsertim quando singularis terminatur in ه *he otiosum*, ut قلعه *kalā*, arx, قلعجات *kalāğiāt*, arces; نوازش *nüwāziś*, blanditio, نوازشات *nüwāziśāt*, blanditiones, sed hoc tanquam corruptio linguæ considerandum est.

Notandum, nomina composita, dum fiunt pluralia, terminationem pluralis affigere ultimæ dictioni, ut: فروتن *furūten*, humilis, abjectus, فروتنان *furūtenān*, humiles, شکسته دل *śikeste dil*, fractus corde, شکسته دلان *śikeste dilān*, fracti corde.

Digitized by Google

Caput Tertium.

De Casu.

Nominum persicorum declinatio fit per additionem particulæ را *rā*, qua suppletur rarius Genitivus, sæpius Dativus, et sæpissime Accusativus; cum enim duo Nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum, quod in Latinis esset genitivi casus, manet in persicis in Nominativo, sed priori, seu regenti additur in legendo *ĭ breve*, ut: كتاب پدر *kitābĭ peder*, Liber patris; si regens terminetur vocali ا *Elif*, aut و *waw*, additur illi realiter ي *je*, quod ياي اضافت *jāi izāfet*, Je annexionis, vocatur, ut: پاشاي بغداد *Pašāĭ Baghdād*, Bassa Bagdadensis; تيهوي صحرا *tīhūĭ sahrā*, Perdix campi. Quod si substantivum regens terminetur litera ي *je*, vel otiosa ه *he*, tunc illi additur ء *kesrata hemze*, ut: خانهء زكريا *chāneĭ zekeriā*. Domus Zachariæ, ايلچيء شاه *ilčiĭ šāh*, Legatus Regis. Ad exprimendum Genitivum utuntur etiam Persæ vocabulo مال *māl*, quod bonum, sive possessionem significat, idque genitivo præponunt, ut: كتاب مال پدر *kitābĭ mālĭ peder*, Liber possessio patris, i. e. liber patris. Denique pariter genitivum reddunt per particulam از *ez*, vel ز *zi*, a, dicuntque كتاب از پدر من *kitābĭ ez pederĭ men*, Liber a patre meo, *i. e.* patris mei.

Pro Dativo sæpe præfigitur Nominativo præpositio ب *be*, vel separatim به *be*, ut: بمن داد *bemen dād*, mihi dedit; به پدر *be peder*, patri; alias اورا دادم *orā dādem*, ipsi dedi, مرا گفت *merā güft*, mihi dixit. Nonnunquam Dativo præfixa occurrit particula مر *mer*, verum pleonastice, sequente را *rā* altera nota Dativi, e. g. واي مر شمارا *wāj mer šümārā*, Væ vobis! بهترست مر ترا *bihterest mer türā*, melius est tibi; quæ etiam sine مر *mer* plenum sensum, et constructionem habent.

Accusativus, cum indeterminate venit in orationem, est semper similis Nominativo, ut: دعا كردن *duā kerden*, preces fundere; Deter-

Digitized by Google

minatur autem particula را *rā*, ut: اورا دیدم *orā dīdem*, ipsum vidi; کسیرا کشت *Kesīrā kūšt*, certam personam occidit. Dicta particula libere, vel separatim, seu conjunctim adjicitur nomini, immo nominibus, cum plura simul in eadem constructione continuentur, ut: کتاب پدر خودرا آورد *kitābī pederī chodrā āwūrd*, librum patris sui attulit. In quibusdam libris iterum particula مر *mer*, Nominativo præposita, Accusativum substantivi indicat, ut: در اوّل آفرید خدا مرآن اسمان ومرآن زمین *der ewwel āferīd chudā mer ān āsumān, we mer ān zemīn*, in principio creavit Deus cælum, et terram.

Vocativus est ipse Nominativus; nonnunquam ei præponuntur particulæ اي *ej*, vel يا *jā*, aut ايا *ājā*, ut: اي پادشاه *ej pādišāh*, o Rex! Poetæ Nominativo literam ا *elif* annectunt, ut بلبلا مژدهء بهار بيار *bülbülā müjdeī behār bijār*, o Luscinia! nuntium veris fer!

Pro Ablativo præponitur Nominativo præpositio از *ez*, vel ز *zi*, ut: از پدر من *pederī men*, a patre meo.

His præmissis sequentem possumus statuere Declinationem nominum persicorum:

Singularis.

Nom.	مرد *merd.*	Vir.
Gen.	مردرا *merdrā*,	vel مرد *merd*, vel از مرد *ez merd*, Viri.
Dat.	مردرا *merdrā*,	vel بمرد *bemerd*, vel به مرد *be merd*. Viro.
Acc.	مردرا *merdrā*,	vel مرد *merd*, Virum.
Voc.	اي مرد *ej merd*	o Vir!
Abl.	از مرد *ez merd*,	a Viro.

Pluralis.

Nom.	مردان *merdān.*	Viri.
Gen.	مردانرا *merdānrā*,	vel مردان *merdān*, vel از مردان *ez merdān*, Virorum.
Dat.	مردانرا *merdānrā*,	vel بمردان *bemerdān*, vel به مردان *be merdān*. Viris.

Digitized by Google

Acc. مردانرا *merdānrā*, Viros.
Voc. اي مردان *ej merdān*, o Viri!
Abl. از مردان *ex merdān*, a Viris.

Aliud exemplum:

Singularis.

Nom. گل *gül.* Rosa.
Gen. گلرا *gülrā*, vel گل *gül*, vel از گل *ez gül.* Rosæ.
Dat. گلرا *gülrā*, vel بگل *begül*, vel به گل *be gül.* Rosæ.
Acc. گلرا *gülrā*, vel گل *gül.* Rosam.
Voc. اي گل *ej gül.* o Rosa!
Abl. از گل *ez gül.* a Rosa.

Pluralis.

Nom. گلها *gülhā.* Rosæ.
Gen. گلهارا *gülhārā*, vel گلها *gülhā*, vel از گلها *ez gülhā.* Rosarum.
Dat. گلهارا *gülhārā*, vel بگلها *begülhā*, vel به گلها *be gülhā.* Rosis.
Acc. گلهارا *gülhārā*, vel گلها *gülhā.* Rosas.
Voc. اي گلها *ej gülhā.* o Rosæ!
Abl. از گلها *ez gülhā.* a Rosis.

Caput Quartum.

De Comparativo, et Superlativo.

Persis formatur Comparativus adjecta positivo particula تر *-ter*, uti superlativus adjecto ترين *terīn*, ut به *bih*, bonus, بهتر *bihter*, melior, بهترين *bihterīn*, optimus; بد *bed*, malus, بدتر *bedter*, pejor, بدترين

Digitized by Google

bedterīn, pessimus; مه *mih*, magnus, مهتر *mihter*, major, مهترين *mihterīn*, maximus: كه *kih*, parvus, كهتر *kihter*, minor, كهترين *kihterīn*, minimus.

In Regimine Comparativus habet post se præpositionem از *ez*, ut: خوبتر از ماه *chūbter ez māh*, pulchrior luna; بياض روي تو روشنتر ازرخ روز و سواد زلف تو تاريكتر از ظلمت داج *bejāzī rūī tū rūšenter ez ruchī rūz, we sewādi zülfī tū tārīkter ez zülmetī dāğ.* Candor faciei tuæ splendidior est, quam gena diei, et nigredo cincinni tui profundior est obscuritate noctis. Superlativus vix usurpatur in regimine.

Comparativus dimminuitur suffixo ك *kief* præcedente fatha, ut: بهتر *bihter*, melior, بهترك *bihterek*, paulo melior.

Caput Quintum.

De Pronominibus.

Pronomina ضماير *zamāir*, sunt Personalia, Demonstrativa, Relativa, Interrogativa, et Possessiva. Persis Pronomina Personalia sunt:

Primæ Personæ.

Sing. من *men*, Ego.
مرا *merā*, vel از من *ez men*, Mei, et a me.
مرا *merā*, vel بمن *bemen*, Mihi, et ad me.
مرا *merā*, Me.

Plur. ما *mā*, et rarius مايان *mājān*, Nos.
از ما *ez mā*, Nostri, nostrum, vel a nobis.
مارا *mārā*, vel بما *bemā*, Nobis; vel ad nos.
مارا *mārā*, Nos.

Digitized by Google

Secundæ Personæ.

Sing. تو *tū*, Tu.
ترا *tūrā*, vel از تو *ez tū*, Tui, et a te.
ترا *tūrā*, vel بتو *betū*, Tibi, et ad te.
ترا *tūrā*, Te.

Plur. شما *śūmā*, et rarius شمايان *śūmājān*, Vos.
از شما *ez śūmā*, Vestri, vestrum, vel a vobis.
شمارا *śūmārā*, vel بشما *beśūmā*, Vobis, et ad vos.
شمارا *śūmārā*, Vos.

Tertiæ Personæ.

Sing. او *o*, *ū*, ille, illa.
از او *ez ū*, vel ازو *ezo*, illius.
اورا *orā*, vel بااو *bā o*, بدو *bedū*, بوي *bewej*, illi, ad illum.
اورا *orā*, illum.

Plur. ايشان *iśān*, illi, illæ.
از ايشان *ez īśān*, illorum.
ايشانرا *īśānrā*, vel بايشان *beīśān*, illis, ad illos.
ايشانرا *īśānrā*, illos.

Pro او *o* dicitur etiam و *o* vel وي *wej*, aut اوي *oj*, ille, is.

Reciprocum *ipse* exprimunt Persæ per خود *chod*, خويش *chyś*, et خويشتن *chyśten*; dictio خود *chod* omnibus personis inservit, ut:

من خود *men chod*, Egomet.	ما خود *mā chod*, Nosmet.
تو خود *tū chod*, Tutemet.	شما خود *śūmā chod*, Vosmet.
او خود *o chod*, Illemet.	ايشان خود *īśān chod*, Illimet.

Et sine Personalibus: خود گفت *chod güft*, ipsemet dixit; خود گفتم *chod güftem*, egomet dixi; æquivaletque sæpe Relativo latino *sui*, *sibi*, *se*, ut: با خود *bā chod*, secum, خودرا *chodrā*, sibi, se. Sic

Digitized by Google

سوي خويش *sūi chȳś.* versús se. خويشتنرا آراستن *chȳśtenrā ārāsten*, semet ipsum ornare.

Demonstrativum propinqui, اسم اشارت قريب *ismī iśāretī karīb*, est:

Sing. اين *īn*, Hic, hæc.

از اين *ez īn*, et usit: ازين *ezīn*, Hujus, ex hoc.

اينرا *īnrā*, et باين *beīn*, vel usit: بدين *bedīn*; Huic, ad hunc.

اينرا *īnrā*, Hunc, hanc.

Pluralis est: اينان *īnān*, vel اينها *īnhā*, Hi, hæ.

Sæpe autem اين *īn* cum nomine suo coalescit, ut: اينزمان *īnzemān* hoc tempore; in aliquibus pro اين *īn* ponitur ام *im*, ut امروز *imrūz*, hodie, امشب *imśeb*, hac nocte, امسال *imsāl*, hoc anno, امحال *imhāl*, hoc statu, jam.

Demonstrativum remoti اسم اشارت بعيد *ismī iśāretī baýd*, est:

Sing. آن *ān*, Ille, illa.

از آن *ez ān*, illius, ab illo.

آنرا *ānrā*, vel بدان *bedān*, illi, ad illum.

آنرا *ānrā*, illum, illam.

Pluralis est: آنان *ānān*, vel آنها *ānhā*, illi, illæ.

Pronomen Relativum Personæ, *qui*, *quæ*, redditur persice per كه *kī*, in utroque numero, sed cum sit indeclinabile, supplentur casus ejus per pronomen flexibile relativum personæ او *o* sequenti modo:

Sing. كه *ki*, Qui, quæ.

كه ازو *ki ezo*, Cujus, a quo.

كه اورا *ki orā*, vel كه بدو *ki bedū*, Cui.

كه اورا *ki ora*, Quem, quam.

Plur. كه *ki*, Qui, quæ.

كه ازايشان *ki ezīśān*, Quorum, a quibus.

كه ايشانرا *ki īśānrā*, *vel* كه بايشان *ki beīśān*, Quibus.

كه ايشانرا *ki īśānrā*, Quos, quas.

Sic: آن است كه دي اورا ديدي *ān est, ki dī orā dīdi*, ille est, quem heri vidisti. Omittitur tamen interdum illa Pronominis repetitio,

Digitized by Google

ubi absque hoc intelligi potest, ut: این مرد که بیني *in merd ki bīnī*, hic vir, quem vides.

Pronomen relativum Rei est چه *ći*, Quod; cum hæc Relativa antecedens includunt, dicitur آنکه *ānki*, ille qui, illa quæ. In plurali آنانکه *ānānki*, illi qui, illæ quæ; آنچه *ānći*, id quod, ea quæ.

Interrogativum Personale که *ki*, Quis? est regulariter declinabile, sed in casu obliquo eliditur litera ه *he*, dicunt igitur Persæ کرا دادي *kirā dādī*, cui dedisti? Interrogativum Rei est چه *ći*, Quid? quod in casu obliquo چرا *ćirā* habet. Si hæc pronomina interrogativa cum tertia persona verbi substantivi است *est* conjunguntur, litera ه *he* in ي *je* mutatur, ut: کیست *kīst*, quis est? چیست *ćīst*, quid est? interrogant etiam Persæ per کدام *küdām*, quis, qualis, quodnam, quale.

His autem præfixo هر *her* fiunt quasi universalia respondentia nostris in *cunque*, ut هرکه *herki*, et هر آنکه *her ānki*, quicunque, هر چه *her ći*, et هر آنچه *her ānći*, Quodcunque, quid quid. هر کدام *her küdām*, quicunque, هر یکي *her jeki*, vel *jegī*, unus quisque.

Pronomina Possessiva sunt eadem cum Personalibus, nomini tum in singulari, tum in plurali junctis, sed nomini in lectione additur *ĭ breve*, ut:

پدر من *pederĭ men*, pater meus.	پدران من *pederānĭ men*, patres mei.
پدر تو *pederĭ tü*, pater tuus.	پدران تو *pederānĭ tü*. patres tui.
پدر او *pederĭ o* / پدر وي *pederĭ wej* } pater illius.	پدران او *pederānĭ o*, / پدران وي *pederānĭ wej* } patres illius.
پدر ما *pederĭ mā*, pater noster.	پدران ما *pederānĭ mā*, patres nostri.
پدر شما *pederĭ šümā*, pater vester.	پدران شما *pederānĭ šümā*, patres vestri.
پدر ایشان *pederĭ īšān*, pater illorum.	پدران ایشان *pederānĭ išān*, patres illorum.

Sic pro Reciproco in omnibus personis postponunt tantum خود *chod* ipse, ut: پسر خود *püserĭ chod*, filius meus, tuus, suus, noster,

Digitized by Google

vester, suus de pluribus; in quo eodem sensu usurpatur etiam خويش *chŷś*, ipse.

Nominibus litera quiescente ا *elif*, vel و *waw* terminatis, adscribitur realiter ي *je*, *e. g.* پاشاي من *pāśāi men*, Bassa meus; گلوي او *gelūi o*, guttur illius. Quod si nomen terminetur litera ي *je*, vel otiosa ه *he*, tunc illi additur ء *hemze kesrata*, ut: خزينهٔ شما *chazīneï śūmā*, thesaurus vester, مويء من *mūïi men*, capillus meus.

Possessiva sæpius exprimuntur per affixa م *mim*, ت *te*, ac ش *śin*, præcedente fatha, ita ut *em*, *et*, *eś* sonent, *e. g.*
دلم *dilem*, cor meum; دلت *dilet*, cor tuum; دلش *dileś*, cor ejus.
پدرم *pederem*, pater meus; پدرت *pederet*; pater tuus; پدرش *pedereś*, pater ejus.

Quando hæc affixa sunt addenda nomini in ه *he* post fatham desinenti, interponitur ا *Elif*, euphoniæ caussa, ut:
جامهٔ ام *giāmeï em*, vestis mea; جامهٔ ات *giāmeï et*, vestis tua, جامهٔ اش *giāmeï eś*, vestis ejus.

Nonnunquam ه *he* plane abjicitur, ut:
خزينم *chazīnem*, thesaurus meus; خزينت *chazīnet*, thesaurus tuus; خزينش *chazīneś*, thesaurus ejus.

Si vero Nomen terminatur ا *elif* quiescenti, duplici modo fit annexus affixorum, vel regulariter, ut:
عصام *ʿesām*, baculus meus; عصات *ʿesāt*, baculus tuus; عصاش *ʿesāś*, baculus ejus.

vel ponendo ي *je fathatum* inter ا *elif* quiescens, et inter affixa; ut:
عصايم *ʿesājem*, baculus meus; عصايت *ʿesājet*, baculus tuus, عصايش *ʿesājeś*, baculus ejus.

Si Nomen terminatur و *waw*, aut ي *je* quiescentibus, tribus modis ei addi possunt affixa; vel manentibus his literis quiescentibus, ut:
عدوم *ʿedūm*, inimicus meus; عدوت *ʿedūt*, inimicus tuus; عدوش *ʿedūś* inimicus ejus.

Digitized by Google

دوستیم *dostīm*, amicitia mea, دوستیت *dostīt*, amicitia tua, دوستیش *dostīś*, amicitia ejus.

vel fethando literas و *waw*, et ي *je*, ut:

عدوم *ădūwem*, عدوت *ădūwet*, عدوش *ădūweś*.

دوستیم *dostijem*, دوستیت *dostijet*, دوستیش *dostijeś*.

vel ponendo ي *je fathatum*, inter و *waw*, aut ي *je* quiescentia, ut:

عدويم *ădūjem*, عدويت *ădūjet*, عدويش *ădūjeś*.

دوستییم *dostījem*, دوستییت *dostījet*, دوستییش *dostījeś*; aut دوستي یم *dostī jem*, دوستي يت *dostī jet*, دوستي يش *dostī jeś*.

Hæc affixa etiam jam verbis, jam particulis anneɕtuntur *e. g.* دیدمت *dīdemet*, te vidi; دیدت *dīdet*, te vidit; میزنمش *mīzenemeś* verbero illum; بگیرش *begīreś*, cape illum; یاد دارش *jād dāreś*, hoc memoriæ infigito; گر سلامت بایدت *ger selāmet bājedet*, si tibi cordi est salus; کسي گفتش *kesī güfteś*, quidam illi ait; گرت نصیب باشد *geret nasÿb bāśed*, si tibi fuerit destinatum.

Caput Sextum.

De Verbo.

Verba Persis a genere sunt Transitiva, seu activa, *e. g.* دیدن *dīden*, videre; vel Intransitiva, seu neutra, ut: مردن *mürden*, mori; vel Passiva, ut: شدن *śüden*, fieri, esse; vel Communia, id est, activa simul, et passiva, ut: خستن *chasten*, vulnerare, et vulnerari; کشادن *küśāden*, aperire, et aperiri; آموختن *āmūchten*, docere, et discere.

Ab his autem verbis, seu infinitivis eorum in یدن *īden* desinentibus, derivantur alia in انیدن *ānīden* desinentia, atque hæc, si ex intransitivis deriventur, sunt transitiva, si a transitivis, fiunt dupliciter

transitiva, ut: a تابیدن *tābīden*, splendere, تابانیدن *tābānīden*, facere splendere, جنبیدن *giünbīden*, moveri, جنبانیدن *giünbānīden*, movere; alia etiam in ایانیدن *ājāniden*, ut تابایانیدن *tābājānīden*, facere splendere.

Habent præterea multa verba aūxiliaria actionibus servientia, quæ sunt:

بودن *būden*, esse; کردن *kerden*, facere; فرمودن *fermūden*, imperare.
آوردن *āwürden*, ferre; داشتن *dāśten*, habere; نمودن *nümūden*, ostendere.
ساختن *sāchten*, facere; خوردن *chorden*, edere.
زدن *zeden*, verberare; بردن *bürden*, ferre.

E. g. آمده بود *āmede būd*, venit; خسته کردن *chasta kerden*, vulnerare; کرامت فرمودن *kerāmet fermūden*, largiri; یاد آوردن *jād āwürden*, recordari; پر داشتن *pür dāsten*, implere; التفات نمودن *iltifāt nümūden*, æstimationem commostrare; تر ساختن *ter sāchten*, humectare; تیمار خوردن *tīmār chorden*, curare; حرف زدن *harf zeden*, loqui; فرمان بردن *fermān bürden*, obedire.

Alia auxiliaria passionibus servientia sunt, ut:

شدن *śüden*, fieri; گشتن *geśten*, fieri; گردیدن *gerdīden*, fieri.
یافتن *jāften*, invenire; گرفتن *giriften*, capere. آمدن *āmeden* venire; دیدن *dīden*; videre.

E. g. خوانده شدن *chānde śüden*, legi. شرمسار شدن *śermsār śüden*, pudefieri; نمودار گشتن *nümūdār geśten*, manifestari; پر گردیدن *pür gerdīden*, impleri; پرورش یافتن *perweriś jāften*, educari, قرار گرفتن *karār giriften*, stabiliri, confirmari; بشمار آمدن *beśümār āmeden*, numerari, رعایت دیدن *ry-ājet dīden*, honorari.

Composita habent quædam ex præpositionibus, quæ multis etiam verbis præponuntur solummodo ornatus gratia, ut در *der*, quæ uti significat *in*, eandem sæpe significationem verbo adfert, ut: در آمدن *der āmeden*, et در شدن *der śüden*, intrare, در آوردن *der āwürden*, intro portare, inferre, در یافتن *der jāften*, invenire, consequi.

Sic بر *ber* significans *supra*, verbo sæpe talem dat significationem, ut: برآمدن *berāmeden*, supra venire, i. e. ascendere; interdum valet

Digitized by Google

nostrum *re* in compositione, ut: بر گرديدن *ber gerdiden*, reverti, بر گشتن *ber gešten*, retrocedere. Interdum ornatus gratia præponitur, ut: بر آسودن *ber āsūden*, quiescere, بر نشستن *ber nišesten*, considere, et similia, quæ etiam sine بر *ber* idem fere significant.

Particula باز *bāz* proprie significat *rursus*, *retro*, et in compositione vim etiam aversionis habere videtur, ut: باز داشتن *bāz dāšten*, retrahere, cohibere, quasi: retro habere; باز استادن *bāz istāden*, cessare, abstinere, quasi: retro stare.

Dicitur et سر آمدن *ser āmeden*, advenire, سر دادن *ser dāden* relegare, وا نمودن *wā nūmūden*, declarare, ostendere, وابس كردن *wābes kerden*, et بس كردن *bes kerden*, satisfacere, solvere.

Persæ sequuntur Arabes in divisione suorum modorum, ac temporum, nempe in Præteritum, in Futurum, quod non abs re Aoristus vocari solet, in Imperativum, in Infinitivum, et in Participium. Supplentur autem reliqua tempora, et modi per adjectionem particularum, aut literarum capiti temporis intenti, ut ex paradigmate apparebit.

Numerus duplex, Singularis, et Pluralis; Personæ sunt tres, in quibus nulla sexus, aut generis ratio.

Caput Septimum.

De Verbo Substantivo Esse.

Persæ verbum habent substantivum defectivum, quo utuntur ad formationem temporum, seu personarum, estque:

Præsens.

ام *em*;	vel junctum nomini.	م *em*,	Sum.
اي *ī*;		ي *ī*,	Es.
است *est*;		ست *est*,	Est.

Digitized by Google

ايم *īm*;	يم *īm*, Sumus.
ايد *īd*;	يد *īd*, Estis.
اند *end*;	ند *end*, Sunt.

Sic conjunctum cum Pronominibus dicitur:

منم *menem*, Ego sum.	ماييم *mājīm*, Nos sumus.
توبي *tūjī*, Tu es.	شماييد *šūmājīd*, Vos estis.
اوست *ost*, vel او است *o est*, Ille est.	ايشانند *īšānend*, Illi sunt.

Secundum praesens verbi defectivi هستن *hesten*, esse:

هستم *hestem*, sum.	هستيم *hestīm*, sumus.
هستي *hestī*, es.	هستيد *hestīd*, estis.
هست *hest*, est.	هستند *hestend*, sunt.

Alia tempora formantur regulariter a verbo بودن *būden*, esse, ut:

Imperfectum, et Perfectum.

بودم *būdem*, eram, fui.	بوديم *būdīm*, eramus, fuimus.
بودي *būdī*, eras, fuisti.	بوديد *būdīd*, eratis, fuistis.
بود *būd*, erat, fuit.	بودند *būdend*, erant, fuerunt.

Futurum.

بوم *bǖwem*; aut a باشيدن *bāšīden*, esse,	باشم *bāšem*, Ero.
بوي *bǖwī*;	باشي *bāšī*, Eris.
بود *bǖwed*;	باشد *bāšed*, Erit.
بويم *bǖwīm*;	باشيم *bāšīm*, Erimus.
بويد *bǖwīd*;	باشيد *bāšīd*, Eritis.
بوند *bǖwend*;	باشند *bāšend*, Erunt.

Et sic omnium temporum personae fiunt per affixa praedicta verbi

Digitized by Google

substantivi defectivi, suppresso in tertia persona است vel ست *est*, et in futuro loco ejus posito د *dal* præcedente Fatha, i. e. *ed*.

Imperativus.

باش	*bāś*,	esto.	باشيم	*bāśīm*,	simus.
باشد	*bāśed*,	sit.	باشيد	*bāśīd*,	estote.
			باشند	*bāśend*,	sunto.

Infinitivus.

بودن *būden*, vel باشيدن *bāśīden*, esse.

Participium.

باشا *bāśā*, existens.

Caput Octavum.

De Conjugatione.

Ex duplici terminatione infinitivi duplex posset statui conjugatio, prima nempe esset verborum Infinitivum facientium in دن *den*, et secunda facientium eundem Infinitivum in تن *ten*, sed cum in flexione amborum nullum quasi discrimen inveniatur, unam tantummodo conjugationem statuemus; Paradigma sit verborum رسيدن *resīden*, pervenire.

Præteritum.

رسيد	*resīd*,	pervenit.	رسيدند	*resīdend*,	pervenerunt.
رسيدي	*resīdī*,	pervenisti.	رسيديد	*resīdīd*,	pervenistis.
رسيدم	*resīdem*,	perveni.	رسيديم	*resīdīm*,	pervenimus.

Digitized by Google

Aoristus.

رسد *resed*,	pevenit, iet, iat.	رسند *resend*,	perveniunt, ient, iant.
رسي *resī*,	pervenis, ies, ias.	رسيد *resīd*,	pervenitis, ietis, iatis.
رسم *resem*,	pervenio, iam, iam.	رسيم *resīm*,	pervenimus, iemus, iamus.

Imperativus.

رسد *resed*,	perveniat.	رسند *resend*,	perveniant.
رس *res*,	perveni.	رسيد *resīd*,	pervenite.
		رسيم *resīm*,	perveniamus.

Infinitivus.

رسيدن *resīden*, pervenire.

Participium præsentis temporis.

رسنده *resende*,
رسان *resān*,
رسانه *resāne*,
رسا *resā*,
رس *res*.
} perveniens.

Participium præteriti temporis, et passivum.

رسيده *resīde*, qui pervenit, assecutus.

Formatur itaque Præteriti فعل ماضي *fi'li māzy*, tertia persona ab infinitivo, abjecto ن *nun* cum præcedente fatha, in cujus locum succedit gezma, e. g. رسيدن *resīden*, pervenire, رسيد *resīd*, pervenit, شناختن *šināchten*, cognoscere; شناخت *šinācht*, cognovit. Præfigitur interdum præterito, si prima litera verbi fuerit fethata, aut kesrata, incrementum ب *bi*, si vero fuerit zammata, ب *bū*, e. g. برسيد *biresīd*, pervenit, بمرد *būmürd*, mortuus est; hoc incrementum in omnibus temporibus lo-

cum habet. Quodsi verbum, cui præfigitur particula ب *bi*, vel *bŭ*, incipiat ab ا *elif*, inseritur euphoniæ caussa ي *je* consonans, ut: بيامد *bijāmed*, venit, بيايد *bijājed*, veniet, بيا *bijā*, veni. Nonnunquam tertiæ personæ præteriti singularis addunt Persæ in fine literam ي *je*, quæ *Je narrationis* vocatur, ut: رسيدي *resīdī*, pervenit, pro رسيد *resīd*; sic: زيد در مبداي حال رويكري كردي وازآن صنعت هر چه بدست آوردي كودكانرا ضيافت نمودي *zeid der mebdāj hāl rūigerī kerdī, we ez ān sanaẻt her či bedest āwŭrdī, kūdekānrā ẓiāfet nŭmūdī.* Zeidus ærariam artem primum exercuit, et omnia, quæ lucratus est, puerorum victui impendit; hic كردي *kerdī*, آوردي *āwŭrdī*, et نمودي *nŭmūdī*, sunt loco كرد *kerd*, آورد *āwŭrd*, et نمود *nŭmūd*.

Quod si præfigatur huic Præterito particula مي *mī*, etiam aliquando همي *hemī*, induit notionem nostri Imperfecti, فعل ماضي استمراري *fiʻli māzȳ istimrārī*, ut: مي رسيد et ميرسيد *mīresīd*, et همي رسيد *ḥemīresīd*, perveniebat, همي شناخت *hemī šinācht*, cognoscebat. Imperfectum optativi formatur a Præterito, addita litera ي *je* omnibus personis, excepta secunda singularis, ut:

رسيدي *resīdī*,	perveniret.	رسيدندي *resīdendī*,	pervenirent.
رسيدي *resīdī*,	pervenires.	رسيديدي *resīdīdī*,	perveniretis.
رسيدمي *resīdemī*,	pervenirem.	رسيديمي *resīdīmī*,	perveniremus.

Secundum Perfectum formatur a participio præteriti temporis, seu passivo, et verbo substantivo, quod sic conjugatur:

رسيده *resīde*, / رسيده است *resīde est*,	pervenit.	رسيده اند *resīde end*,	pervenerunt.
رسيدهء *resīdei*,	pervenisti.	رسيده ايد *resīde īd*,	pervenistis.
رسيده ام *resīde em*,	perveni.	رسيده ايم *resīde īm*,	pervenimus.

Si autem huic participio præteriti addatur præteritum substantivi, fiet nostrum Plusquamperfectum, ut: رسيده بودم *resīde būdem*, perveneram; شناخته بودي *šināchte būdī*, cognoveras.

Digitized by Google

Aoristus فعل مضارع *fi'li mozārj*, includit Futurum, et Præsens; formatur ab Imperativo addita characteristica tertiæ personæ, nempe د *dal*, præcedente fatha, ut: a رس *res*, perveni, fit رسد *resed*, perveniet, perveniat, pervenit; a شناس *śinās*, cognosce, fit شناسد *śināsed*, cognoscet, cognoscat, cognoscit. Restringitur ad Futurum præfixione particulæ ب *bi*, vel *bü*, ut: برسند *biresend*, pervenient, بشناسي *bi-śināsī*, cognosces; ad Præsens فعل حال *fi'li hāl*, autem per particulas مي *mī*, et همي *hemī*, *e. g.* مي رسند *mī resend*, perveniunt, همي شناسم *hemī śināsem*, cognosco.

Datur etiam aliud Futurum فعل مستقبل *fi'li mustakbil*, Persis usitatissimum, quod fit conjugato verbo خواستن *chāsten*, velle, et tertia persona Præteriti invariata, ut:

خواهد رسيد *chāhed resīd*, perveniet. خواهند رسيد *chāhend resīd*, pervenient.

خواهي رسيد *chāhī resīd*, pervenies. خواهيد رسيد *chāchīd resīd*, pervenietis.

خواهم رسيد *chāhem resīd*, perveniam. خواهيم رسيد *chāhīm resīd*, perveniemus.

Imperativus امر *emr*, fit ab Infinitivo in verbis regularibus, sublato يدن *īden*, aut دن *den*, vel تن *ten*, ut a رسيدن *resīden*, pervenire, رس *res*, perveni; افشاندن *efśānden*, spargere; افشان *efśān*, sparge; پروردن *perwerden*, alere, educare; پرور *perwer*, ale, educa; كشتن *küśten*, interficere; كش *küś*, interfice. Cui sæpe præfigitur ب *bi*, diciturque برس *bires* perveni, aut pervenias. Reliquæ personæ sunt eædem cum Aoristo.

Habent etiam Persæ imperativum امر مدامی *emri müdāmī* dictum, quò aliqua actio continuanda esse jubetur, fitque duobus modis: vel præpositione particulæ مي *mī*, e. g. ميكوي *mīgūj*, continua tu loquendo; vel per participium præteriti, et imperativum verbi substantivi بودن *būden*, *e. g.* مي كفته باشيد *mī güfte bāśīd*, loquamini, continuate loquendo; sic: كاه كاه مي آمده باشيد *giāh giāh mī āmede bāśīd*; Veni-

Digitized by Google

te subinde; مرا در كوشهٔ خاطر جا داده باشيد *merā der Kośeï chātyr ǵiā dāde bāśid*, continuate mihi dare in angulo animi locum.

Imperativus, si pro finali ي *je* consonantem habet, sæpe illam abjicit, ut: a جوييدن *ǵiūjīden*, quærere fit جوي *ǵiūj*, et جو *ǵiū*, quære; شوييدن *śūjīden*, lavare, شوي *śūj*, et شو *śū*, lava. Immo etiam nomina omnia in ي *je* consonantem desinentia possunt quoque eam abjicere, ut: خداي *chudāj*, & خدا *chudā*, Deus; پاي *pāj*, et پا *pā*, pes; موي *mūj*, et مو *mū*, capillus.

Infinitivus مصدر *masdar*, sæpe nominascit, et actionem verbalem significat, ideoque admittit affixa pronominalia personæ, ut: رسيدنم *resīdenem*, meum pervenire, seu mea perventio.

Participium præsentis temporis حاليه *hālije*, formatur ab Imperativo dupliciter, primo: affixo ان *ān*, ut: رو *rew*, eas, روان *rewān*, iens, رس *res*, perveni, رسان *resān*, perveniens; cui aliquando additur ه *he* otiosum, e. g. روانه *rewāne*, iens. Sed hæc Participia redolent Gerundia nostra in *do*, uti dicitur; افتان و خيزان *ūftānū chyzān*, modo cadendo, modo surgendo. Sæpe autem huic detrahitur ن *nun* finale, ut: رسا *resā*, perveniens, افتا *ūftā*, cadens. Sæpius etiam ipse Imperativus nudus sumitur præsertim in compositione pro Participio, seu nomine actoris, ut: دست رس *dest res*, cujus manus est perveniens, i. e. qui potest aliquid efficere. Secundo formatur Participium Præsentis, seu nomen actoris, اسم فاعل *ismĭ fāyl*, quod latinis est in *tor* ab eodem Imperativo, adjecto نده *ende*, ut: a رس *res*, perveni, fit رسنده *resende*, perveniens, *quasi* perventor; درو *direw* mete, درونده *direwende*, messor.

Participium præteriti temporis, et passivum اسم مفعول *ismĭ mefūl*, fit ab Infinitivo loco ن *nun* finalis, posito ه *he*, ut: a رسيدن *resīden*, pervenire, fit رسيده *resīde*, qui pervenit. Sic ab omnibus verbis intransitivis, et passivæ significationis, ut: افتاده *ūftāde*, lapsus, ab افتادن *ūftāden*, labi, خسته *chāste*, vulneratus, a خستن *chasten*, vulnerari. A Verbo autem transitivo promiscuam habet significationem, activam, vel passivam, ut: كشاده *Kūśāde*, aperiens, et

Digitized by Google

apertus; sensu autem discernuntur, et per verba substantiva بودن *būden*, esse, pro Activo, et شدن *šüden*, گشتن *gešten*, گردیدن *gerdīden*, esse, fieri, evadere, effici, pro Passivo, ut: نهاده است *nihāde est*, vel نهاده بود *nihāde būd*, posuit; نهاده شد *nihāde šüd*, positus fuit; دانسته بود *dāniste būd*, cognovit, دانسته شد *dāniste šüd*, cognitus fuit.

His præmissis, sequentem more Latinorum Conjugationem verborum persicorum statuere lubet:

Indicativus.

Tempus præsens.

مي رسم *mī resem*,	pervenio.	مي رسيم *mī resīm*,	pervenimus.
مي رسي *mī resī*,	pervenis.	مي رسيد *mī resīd*,	pervenitis.
مي رسد *mī resed*,	pervenit.	مي رسند *mī resend*,	perveniunt.

Præteritum Imperfectum.

مي رسيدم *mī resīdem*,	perveniebam.	مي رسيديم *mī resīdīm*,	perveniebamus.
مي رسيدي *mī resīdī*,	perveniebas.	مي رسيديد *mī resīdīd*,	perveniebatis.
مي رسيد *mī resīd*,	perveniebat.	مي رسيدند *mī resīdend*,	perveniebant.

Præteritum Perfectum I.

رسيدم *resīdem*, برسيدم *bīresīdem*,	perveni.	رسيديم *resīdīm*,	pervenimus.
رسيدي *resīdī*,	pervenisti.	رسيديد *resīdīd*,	pervenistis.
رسيد *resīd*,	pervenit.	رسيدند *resīdend*,	pervenerunt.

Præteritum Perfectum II.

رسيده ام *resīde em*,	perveni.	رسيده ايم *resīde īm*,	pervenimus.
رسيدهٔ *resīdei*,	pervenisti.	رسيده ايد *resīde īd*,	pervenistis.
رسيده *resīde*, vel رسيده است *resīde est*,	pervenit.	رسيده اند *resīde end*,	pervenerunt.

Digitized by Google

Præteritum Plusquamperfectum.

رسيده بودم *resīde būdem*, pervene-ram.	رسيده بوديم *resīde būdīm*, pervene-ramus.
رسيده بودي *resīde būdī*, pervene-ras.	رسيده بوديد *resīde būdīd*, pervene-ratis.
رسيده بود *resīde būd*, pervene-rat.	رسيده بودند *resīde būdend*, pervene-rant.

Futurum. I.

برسم *biresem*, perveniam.	برسيم *biresīm*, perveniemus.
برسي *biresī*, pervenies.	برسيد *biresīd*, pervenietis.
برسد *biresed*, perveniet.	برسند *biresend*, pervenient.

Futurum II.

خواهم رسيد *chāhem resīd*, perve-niam.	خواهيم رسيد *chāhīm resīd*, perve-niemus.
خواهي رسيد *chāhī resīd*, perve-nies.	خواهيد رسيد *chāhīd resīd*, perve-nietis.
خواهد رسيد *chāhed resīd*, perve-niet.	خواهند رسند *chāhend resīd*, perve-nient.

Imperativus.

رس *res*, vel برس *bires*, perveni.	رسيم *resīm*, perveniamus.
رسد *resed*, perveniat.	رسيد *resīd*, pervenite.
	رسند *resend*, perveniant.

عطر بيز *âtar bīz*, odores spargens, odorifer.
نادره پيرا *nādire pīrā*, raritatum compositor, memorandorum scriptor.
آسمان پيوند *āsumān pejwend*, cælum pertingens.
عالمتاب *âlemtāb*, orbem illuminans; *epith: Solis.*
دولتجوي *dewletğiūj*, felicitatem optans.
گل چين *gūl ćīn*, florilegus.
شكوفه چين *śukūfe ćīn*, decerptor florum.
سخن چين *sachun ćīn*, sermonis alieni captator, delator.
خير خواه *chair chāh*, benevolus.
دولتخواه *dewlet chāh*, prosperitatem optans.
سحر خيز *sahar chȳz*, bono mane surgens.
خوشخوان *chośchān*, suaviter cantans.
جهاندار *ğihāndār*, mundum tenens, Rex.
نكته دان *nukte dān*, subtilia intelligens.
جهان ديده *ğihān dīde*, in rebus mundi versatus.
امور ديده *umūr dīde*, in rebus agendis versatus.
خرده بين *churde bīn*, acris, et subtilis intellectus, aut visus; minuta videns.

Digitized by Google

سخن ران *sachun rān*, verba protrahens, sermocinator.
کامران *ǩāmrān*, optatis gaudens.
خون ریز *chūn rīz*, sanguinis fusor.
شکر ریز *śeǩer rīz*, saccharum spargens.
اشک ریز *eśk rīz*, lacrymas fundens.
غمزدا *ghamzedā*, ærumnam detergens.
ظلمت زدا *ʐulmet ʐedā*, dissipator tenebrarum.
رهزن *rehzen*, viam infestans, latro.
سحرساز *sihir sāʐ*, fascinator.
دلسوز *dilsūʐ*, cor urens.
جان شکار *ǧiān śiǩār*, cordium venator.
عمر شکاف *ůmr śiǩāf*, vitam findens, i. e. mors.
صف شکن *saff śiǩen*, seriem, aciem distruens.
انجم شمار *enǧiüm śümār*, numero stellarum par.
کار شناس *ǩār śinās*, expertus in negotiis.
شکر فروش *śeker fürūś*, venditor sacchari.
ناظر فریب *nāzyr firīb*, spectatorem decipiens.
جگر گداز *ǧiger güdāʐ*, cor liquefaciens.
صمّا گداز *summā güdāʐ*, infortunium emolliens, depellens.
ضیا گستر *ʐyjā ǩüster*, luminis sparsor.
عالمگیر *ålem gīr*, orbem sibi subjiciens.
دلکشا *dil ǩüśā*, cor exhilarans, jucundus.
کشور کشا *kiśwer ǩüśā*, regionum expugnator.
اورنک نشین *ewrenǩ niśīn*, throno insidens, Rex.
ویرانه نشین *wīrāne niśīn*, solitudinis cultor.
رهنما *rehnümā*, viæ ostensor.
غریب نواز *gharīb nüwāz*, peregrinum humaniter excipiens.
بربط نواز *berbut nüwāz*, citharædus.

IV. Ex particula, et nomine, ut:

هماشیان *hemāśijān*, socius nidi.
هماهنک *hemahenǩ*, consonans, concordans.

Digitized by Google

همبزم *hembezm*, conviva, contubernalis.
همبستر *hempister*, lecti consors.
همدم *hemdem*, consors, sodalis, socius.
همراه *hemrāh*, comes itineris.
همسايه *hemsāje*, vicinus, qui eadem fruitur umbra.
همخانه *hemchāne*, condomesticus, conjux.
نا اميد *nā ümīd*, desperatus.
نا بينا *nā bīnā*, cæcus, non videns.
نا معلوم *nā mālūm*, ignotus.
كمبها *kembehā*, nullius pretii.
كم خرد *kem chyred*, minus sapiens, insipiens.
بي ايمان *bī īmān*, sine religione, infidelis.
بي تأمّل *bī teemmul*, inconsideratus.
گمراه *gümrāh*, qui amisit viam, devius.

Caput Octavum.

De Numeralibus.

Numeri Cardinales sunt sequentes:

١ يك *jek*, unus.
٢ دو *dü*, duo.
٣ سه *si*, tres.
٤ چهار *ćehār*, et چار *ćiār*, quatuor.
٥ پنج *peng*, quinque.
٦ شش *śeś*, sex.
٧ هفت *heft*, septem.
٨ هشت *heśt*, octo.
٩ نه *nüh*, novem.
١٠ ده *deh*, decem.

Digitized by Google

١١ يازده *jāzdeh*, vel پانزده *jānzedeh*, undecim.
١٢ دوازده *düwāzdeh*, duodecim.
١٣ سيزده *sīzdeh*, tredecim.
١٤ چهارده *ćehārdeh*, quatuordecim.
١٥ پانزده *pānzedeh*, quindecim.
١٦ شانزده *śānzedeh*, sexdecim.
١٧ هفده *hefdeh*, septemdecim.
١٨ هشده *heśdeh*, et هژده *hejdeh*, octodecim.
١٩ نوزده *nüzdeh*, et *nüwezdeh*, novemdecim.
٢٠ بيست *bīst*, viginti.
٢١ بيست يک *bīst jek*, viginti unus.
٢٢ بيستو دو *bistü dü*, viginti duo.
٣٠ سي *sī*, triginta.
٤٠ چهل *ćehel*, quadraginta.
٥٠ پنجاه *pengiāh*, quinquaginta.
٦٠ شست *śeśt*, et شصد *śast*, sexaginta.
٧٠ هفتاد *heftād*, septuaginta.
٨٠ هشتاد *heśtād*, octoginta.
٩٠ نود *nüwed*, nonaginta.
١٠٠ صد *sad*, centum.
٢٠٠ دوصد *düsad*, et دويست *düwīst*, ducenti.
٣٠٠ سيصد *sisad*, trecenti.
٤٠٠ چهار صد *ćehār sad*, quadringenti.
٥٠٠ پانصد *pānsad*, quingenti.
١٠٠٠ هزار *hezār*, mille.
١٠٠٠٠ ده هزار *deh hezār*, decem millia.
١٠٠٠٠٠ صد هزار *sad hezār*, vel لک *lek*, centum millia.

Vides ergo in Persicis præponi semper numerum majorem minori cum, vel absque copula, ut: 1803. ١٨٠٣ sic Persa legeret هزار و هشتصد و سه *hezārü heśtsadü si*. Sciendum præterea, hæc omnia numeralia persica non declinari, sed numeratis præponi, et quidem plerumque in

Digitized by Google

singulari, ut: دو طرف *dū taref*, duæ, vel ambæ partes. Invenitur tamen Persicum هزاران *hezārān*, millia.

Ordinalia desinunt in م *mim*, præcedente zamma, ut:

یکم *jekūm*, primus, quod et نخستین *nuchustīn*.
دوم *dūwūm*, secundus.
سوم *siwūm*, tertius.
چهارم *ćehārūm*, quartus.
پنجم *pengīūm*, quintus.
ششم *śeśūm*, sextus.
هفتم *heftūm*, septimus.
هشتم *heśtūm*, octavus.
نهم *nūhūm*, nonus.
دهم *dehūm*, decimus.
بیستم *bīstūm*, vicesimus.
بیست ویکم *bīstū jekūm*, vel *jegūm*, vicesimus primus.
سیم *sijūm*, tricesimus.
شصتم *śastūm*, sexagesimus.
صدم *sadūm*, centesimus.
صدو یکم *sadū jegūm*, centesimus primus.
دویستم *dūwīstūm*, ducentesimus.
سصدم *sisadūm*, trecentesimus.
هزارم *hezārūm*, millesimus.
دو هزارم *dū hezārūm*, bis millesimus.

Et sic de reliquis. In Pentateucho ي *jė* additur, e. g. دویومي *dūjūmī*; secundus; سیومي *sijūmī*, tertius; هفتمي *heftūmī*, septimus; aliquando etiam ين *īn*; ut چهارمین *ćehārūmīn*, quartus; پنجمین *pengiūmīn*, quintus; ششمین *śeśūmīn*, sextus.

Persæ distributiva nomina reddunt vel per plurale cardinalis numeri, quem etiam reduplicant, ut: یکان *jegān*, et یکان یکان *jegān je-*

Digitized by Google

gān, singuli; چهاران چهاران *ćehārūn*, *ćehārān*, quaterni. Vel per reduplicatum in singulari, ut یک یک *jek jek*, et sæpius interposita litera ا *elif*, ut یکایک *jegājek*, singuli; vel interposito با *bā*, e. g. دو با دو *dū bā dū*, bini, vel addito ي *ī*, ut دوي *dūwī*, bini.

Ad numeros pertinere videntur تک *tek*, یکتا *jektā*, ساده *sāde* جریده *gerīde*, simplex; دوتا *dūtā*, duplex, سه تا *si tā*, triplex; دو چندان *dū ćendān*, duplum; سه چندان *si ćendān*, triplum; یک بار *jek bār*, یکي *jegi*, semel, دو بار *dū bār*, bis; سه بار *si bār*, ter; بارها *bārhā*, multoties.

Præterea dicunt Persæ præponendo simpliciter numerum substantivo سسر *siser*, triceps, tria capita habens; چهار پا *ćehār pā*, quadrupes; پنج پهلو *peng pehlū*, quinquelaterus; quædam substantiva composita cum numero cardinali fiunt adjectiva, assumendo in fine ه *he* præcedente fatha, ut: شش سال *šeś sāl*, sex anni, شش ساله vel ششساله *šeśsāle*, sex annorum, sexennis; یک تن *jek ten*, unum corpus, یک تنه *jek tene*, qui est unius corporis, unicus; Atque hinc rursus fiunt abstracta, assumendo syllabam كي *gī*, *ut:* ششسالكي, vel ششسالكي *šeśsālegi*, sexennium; چهل سالكي *ćehel sālegī*, ætas quadraginta annorum. Porro dicunt یک روز در میان *jek rūz der mijān*, alternis diebus, secundo quoque die.

Caput Decimum Quartum.

De Adverbiis, et Praepositionibus.

Pro adverbiis *Qualitatis* ponunt Persæ mera adjectiva, ut خوب *chūb*, pulcher, et pulchre, belle, bene; خوش *choś*, bonus, et bene; بد *bed*, malus, et male; راست *rāst*, rectus, et recte. Formant etiam adverbia nonnulla addita terminatione انه *āne*, ut دوست amicus, دوستانه *do-*

stāne, amice, amicabiliter, پدرانه *pederāne*, paterne, مردانه *merdāne*, viriliter, quæ omnia etiam sunt adjectiva.

Adverbia *Quantitatis* coincidunt cum Nominibus ejusdem significationis, ut: بسيار *bisjār*, multum, اندك *endeK*, parum.

Adverbia *Loci* sunt: اينجا *īngiā*, hic, huc; آنجا *āngiā*, ibi, illuc; كجا *Kūgia*, ubi, quo? آنجا كه *āngiā Ki*, ubi; هيچ جا *hīć giā*, ullibi; هيچ جانه *hīć giāne*, nullibi; آنجا اينجا *āngiā īngiā*, hic illic; اين سو *īn sū*, hic, in hac parte; آنسو اينسو *ānsū insū*, hic illic, et huc illuc; هر جا *her giā*, et هر سويي *her sūjī*, ubique, undique, هر كجا *her Kūgiā*, ubicunque, بالا *bālā*, superius, supra, sursum, زير *zīr*, et فرو *fūrū*, inferius, infra, deorsum, زيرو بالا *zīrū bālā*, sursum, deorsum, supra, et infra; درون *derūn*, intus, بيرون *bīrūn*, foris, extra, پيش *pīś*, coram, ante; پس *pes*, post, pone, a tergo, درپيش *derpīś*, ante, anterius, درپس *der pes*, retro, نزديك *nezdiK*; prope, دور *dūr*, procul; چپ وراست *ćpū rāst*, dextrorsum sinitrorsum; بكجا *beKūgiā*, quo? باينجا *beīngiā*, huc; بآنجا *beāngiā*, et بدانجا *bedāngiā*, illuc; از كجا *ez Kūgiā*, unde, qua; از اينجا *ez īngiā* hinc, از آنجا *ez angiā*, illinc, از بالا *ez bālā*, desuper.

Adverbia *Temporis* sunt: كي *Kej*, quando, quo tempore; حاليا *hālija*, اكنون *eKnūn*, كنون *Kenūn*, nunc, modo, statim; هنوز *henūz*, adhuc, هماندم *hemāndem*, quam primum; پارسال *pārsāl*, anno proxime præterito; پيرارسال *pīrārsal*, tertio ab hinc anno; دي *dī*, et دي روز *di rūz*, heri, hesterno die, پرندوش *perendūś*, et پرير *perīr*, nudius tertius; دوش *dūś*, heri, vesperi; امروز *imrūz*, hodie, امشب *imśeb*, hac nocte; بامداد *bāmdād*, mane, cras mane; شام *śām*, vesperi; فردا *ferdā*, cras; هر روز *her rūz*, quotidie; روز بروز *rūz berūz*, de die in diem; سال بسال *sāl besāl*, quot annis; هموار *hemwār*, continuo, شبو روز *śebū rūz*, diu noctuque; هماندم *hemāndem*, statim; دير *dīr*, tarde; تا *tā*, usque, usque ad; بعد ازآن *bæd ezān*, postea.

Adverbia *Interrogandi*: چرا *ćirā*, quare, cur? چه سبب *ći sebeb*, quid caussæ? چون *ćiūn*, quomodo, qua ratione? چند *ćend*, et چندان *ćendān*, quantum.

Adverbia *Affirmandi*, et *negandi*; بل *bel*, et بلي *belī*, ita, immo: آري *ārī*, ita; بي گمان *bī gümān*, procul dubio; بدرستي *bedürüstī*, profecto; بسر وچشم *beserü ćeśm*, libentissime; نه *ne*, non; هيچگونه نه *hīćgüne ne*, nullo modo, nequaquam.

Adverbia *Demonstrandi*: اينك *īnek*, et آري *ārī*, en, ecce. *Numerandi*: باري *bārī*, et يك بار *jek bār*, semel; دو بار *dü bār*, bis; چند بار *ćend bār*, quoties, چندان بار *ćendān bār*, toties; بسيار بار *bisjār bār*, sæpe; بارها *bārhā*, aliquoties; قليل بار *kalīl bār*, raro; باز *bāz*, هم *hem*, et نيز *nīz*, rursus, porro, iterum, etiam. *Optandi*: كاش *kāś*, كاشكي, *et* كاشكه *kāśki*, et كاشا *kāśā*, utinam. *Prohibendi*: مباد *mebād*, et مبادا *mebādā*, ne fiat, absit; زنهار *zinhār*, cave.

Adverbia *Dubitandi*: شايد *śājed*, et شايد كه *śājed ki*, forte, fieri potest; مگر *meger*, fortassis; يا *jā*, proprie significat *aut*, nonnunquam etiam *an*; *Similitudinis*: چو *ćiü*, چون *ćiün*, juxta, secundum, quomodo, instar; همچون *hemćiün*, et چنانچه *ćiünānći*, veluti, quasi; چنانكه *ćiünānki*, et همچنانكه *hemćiünānki*, quemadmodum; اينچنين *inćiünīn*, et همچنين *hemćiünīn*, et همچنان *hemćiünān*, sic; آن طور *ān tawr*, eo modo; آنچنان *āngiünān*, sic. *Congregandi*: باهم *bāhem*, et بهم *behem*, una, simul. *Separandi*: تنها *tenhā*, et بتنها *betenhā*, همين *hemīn*, solum, tantummodo; جداگانه *giüdāgāne*, seorsim, separatim.

Præpositiones construuntur cum Nominativo, suntque:

از *ez*, et aliquando ز *zi*, de, a, ab, et præ in comparatione, ut: از آنجا *ez āngiā*, ex eo loco; inde, deinde; از جمله *ez giümle*, ex his omnibus.

با *bā*, cum, ut: با تو *bā tü*, tecum; با او رفتم *bā o reftem*, ivi cum eo.

به *be* separata, aut usit: ب *be* conjuncta, plerumque significat *ad*, aut refert Dativum nostrum, ut: رفتم بحصار *reftem behysār*, ivi ad arcem; بدان گفت *bedān güft*, dixit illi; Etiam pro *in*, tam de loco, quam de tempore, ut: بشهر است *beśehr est*, in urbe est; گفتن بوقت خاموشي *güften bewakt chāmūśī*, loqui tempore silentii.

Digitized by Google

بر *ber*, et ابر *eber*, super, supra, juxta, ut: بر من *ber men*, supra me, بر منوال مشروح *ber mīnwālī meśrūh*, modo supra explicato.

بي *bī*, sine, absque, ut: بي هنر *bī hüner*, absque virtute.

پيش *pīś*, ante, ad, apud, penes, coram; et پس *pes*, post, pone; cum de tempore agitur, sæpe cum Ablativo construuntur, ut: پيش از اين *pīś ez īn*, ante hac, ante hoc tempus.

در *der*, in, de; ut: درآن روز *der ān rūz*, in illa die, illo die, در اخلاق درويشان *der echlākī derwīśān*, de moribus Religiosorum.

فرو *fürū*, vel فرود *fürūd*, infra, sed proprie est nomen, ut et sequentes, immo pleræque præcedentes, propterea etiam in constructione Je breve, seu annexionis assumunt, sic نزد *nezd*, apud, penes; ut نزد من *nezdī men*, penes me; زير *zīr*, sub; پهلوي *pechlūī*, juxta, a latere; سوي *sūjī*, ad, versus, ad partem; ميان *mijānī*, inter, in medio; براي *berajī*, et از براي *ez berājī*, بجهت *begiheti*, بواسطة *bewāsitel*, pro, propter, causa, mediante; از جهت *ez giheti*, از بهر *ez behrī*, propter, iisque præponi possunt aliæ præpositiones, ut: در ميان *der mijānī*, inter; از بهر ايشان *ez behrī īśān*, propter illos, eorum gratia; ازبراي خدا *ezberāī chodā*, propter Deum; از فرود *ez fürūd*, ab infra, inferne, از نزد او *ez nezdī o*, ab illo.

Caput Decimum Quintum.

De Conjunctionibus, et Interjectionibus.

Conjunctiones sunt: و *we*, et; هم *hem*, et, atque, tum; نيز *nīz*, etiam; يا *jā*, aut, vel; ليكن *līken*, ليك *līk*, sed, verum, tamen; بل *bel*, بلكه *belkī*, sed, immo vero; اگرچه *egerće*, گرچه *gerće*, با آنكه *bā ānkī*, etsi, quamvis; هر چند *her ćend*, et هرچندكه *her ćendkī*, quantumvis, quamquam. اما *emmā* verumtamen; اگر *eger*; گر *ger*, et ار *er*, si; وگر *weger*, ور *wer*, etsi; ورنه *werne*, مگر *meger*, nisi, præterquam; جز *giüz*,

præter; بجز begiüz, præterquam; بنابرين benāberīn, itaque, quocirca; پس pes, ergo, igitur; كه ki, quia, quod, ut; زيرا zīrā, زيراكه zīrāki, quia, nam; از آنجاكه ez āngiā ki, ideo quia; چونكه ćiūnki, quandoquidem, cum; تا tā, تاكه tāki, ut.

Litera و waw copulativa plerumque profertur cum zamma, id est, ut wü post vocalem, aut initio commatis, e. g. بيگانه و آشنا bīgāne, wü āśnā, notus, ignotus; ast post consonantem pronuntiatur ut ü, vel ū, e. g. خريد و فروخت chyrīdü fürūcht, emptio, et venditio; شيرو شكر śirū śeker, lac, et saccharum.

Interjectiones persicæ sunt: اي ej, يا jā, آيا ājā, o! دريغ dirygh, دريغا dirygha, proh dolor! اه ah, Ah! واي wāj, Væ!

Caput Decimum Sextum.

De Syntaxi Nominum.

Apud Persas adjectivum postponitur suo substantivo, annexo ĭ brevi in lectione, ut: بر شيرين beri śirīn, fructus dulcis; كتاب بزرك kitābi büzürk, liber magnus; idem intelligendum est de Participiis, ut: ايام كذشته ejjāmi güześte, dies præteriti; idem de Pronominibus, ut: پدر من pederi men, pater meus; sed in Nominibus in vocales desinentibus, sive per ا elif, و waw, ي je expressas, sive per otiosum ه he finale indicatas, adscribitur etiam realiter ي ī, vel ء i. Je nempe terminatis litera quiescente ا elif, vel و waw; Hemze autem nominibus in ي ī, vel ه e desinentibus, ut: پارساي آگاه pārsāi āgāh, religiosus vigilans; ايلچيء بزرك ilćii büzürk, legatus magnus; تيهوي رفتار tihūi reftār, perdix egregie incedens; ميوهء شيرين mīwei śirīn, fructus dulcis. Quando autem Genitivus est absolutus, et solus, præponitur Nomini particula از ez, sic civitas Regis, persice شهر پادشاه śehri pādiśāh, dicitur, dum vero interrogatur, اين شهر كراست kirāst īn śehr, hæc Civitas, cujus est? respondeas absolute از پادشاه ez pādiśāh, Regis.

Digitized by Google

In Declinatione postponitur adjectivo particula casus determinativa, ut: ايلچيء بزرکرا گفت ilčīī bŭzŭrkrā güft, legato magno dixit; آن ميوهء شيرينرا بخورد ān mīweī širīnra bŭchord, illum fructum dulcem comedit; كتاب پدر خودرا آورد kitābī pederī chodrā āwŭrd, librum patris sui attulit.

In plurali affigitur characteristica pluralis Substantivo, manente adjectivo in singulari, ut: ميوههاي شيرين mīwehāī širīn, fructus dulces; sed in declinatione iterum dicitur دوستان قديرا گفتم dostānī kadimrā güftem, amicis antiquis dixi.

Cum Participia præsentis, et præteriti temporis ه he otioso, sive quiescenti immediate post fatham terminentur, etiam eodem modo, sicuti Nomina in ه he quiescens desinentia, pluralem numerum formant, id est, interposita litera گ giāf ante ان ān, ut شناسنده šināsende, sciens, شناسندگان šināsendegān, scientes; دارنده dārende, habens, دارندگان dārendegān, habentes; رفته refte, qui ivit, præteritus, defunctus, رفتگان reftegān, præteriti, defuncti; فرستاده firistāde, missus, legatus; فرستادگان firistādegān, missi, legati.

Quando adjectivum substantivo præponitur, scias esse nomen compositum, et sine additione ĭ brevis instar unius vocis esse proferendum, aliamque significationem inferre, sic juxta præscriptam regulam روي خوب rūī chūb, pulchram faciem, ast خوب روي chūb rūi, pulchra facie præditum denotat.

Pronomina demonstrativa præponuntur substantivo, ut: اين مرد īn merd, hic vir, آن زن ān zen, illa fœmina; از اين جانب ez īn giānib, ex hac parte; cum junguntur nominibus in plurali positis, manent in singulari, ut اين آدمان آمدند īn ādemān āmedend, isti homines venerunt; quando vero demonstrativa sola occurrunt, in plurali adhibentur, ut: اينان آمدند inān āmedend, hi, isti venerunt.

Utuntur Persæ potissimum substantivis, infinitivis, et participiis arabicis, ut: رجوع كردن rugiū kerden, reverti; ترتيب دادن tertīb dāden, ordinare; اقرار كردن īkrār kerden, confiteri; انتظار ساختن intizār sāchten, exspectare; منتظر شدن muntazir šuden, exspectantem esse; sed

substantiva arabica in ة *te foemininum* desinentia, illud vel in ت *te masculinum* mutant, vel ut ه *he otiosum* post fatham pronunciant, dicunt igitur قوّت *kuwwet*, pro قوّة potentia, robur, مروّت *muruwet*, pro مروّة *humanitas*; معده *mi'de*, pro معدة *mi'det*, stomachus; لحظه *lahza*, pro لحظة *lahzat*, momentum, nictus oculi.

Numeri cardinales ordinarie præponuntur nomini in singulari, ut: صد كس *sad kes*, centum homines; هزار يك روز *hezār jek rūz*, mille, et unus dies, صد هزار لاله *sad hezār lāle*, centum mille tulipæ; سه علامت ظاهر آمد در بخيل *si ālāmet zāhir āmed der bachyl*, tria signa produnt avarum hominem; dicitur tamen nonnunquam دومردان *dū merdān*, duo viri, sed rarius.

Substantiva arabica pluralis numeri considerantur a Persis tanquam singularia, et ut talia concordant cum verbis, et adjectivis, ut: از آمدن بهار از رفتن دي اوراق حيات ما ميكردد طيّ *ez āmedenī behār, ez reftenī dej, ewrāk hajātī mā mīkerded tajj*; per adventum veris, et abitum hyemis, folia vitæ nostræ magis plicantur; ubi اوراق *ewrāk*, pluralis a ورق *warak*, folium, construitur cum singulari ميكردد *mīkerded*.

Caput Decimum Septimum.

De Syntaxi Verborum.

Nominativus verbi plerumque præponitur verbo, cum quo concordat numero, et persona, ut: هركه ببدان نشيند نيكي نبيند *herki bebedān nišīned, nīkī nebīned*, quicunque cum pravis considet, bonum non videt; interdum duo, vel plura nomina sæpius cum singulari numero verbi construuntur, ut: هنر و فضل ضايع است *hünerū fazl zāȳ est*, virtus, et præstantia perierunt, loco ضايع اند *zāȳ end*.

Digitized by Google

In Periodo duorum, aut plurium membrorum, quorum quodvis finiri potest auxiliari verbo, prius horum communiter continet verbum auxiliare, quod in sequenti membro subintelligitur, ut: مضرت تعجيل بسيارست و منفعت صبرو سكون بيشمار *mazarreti tāgīl bisjārest, we menfaāti sabrū sukūn' bīšūmār.* Detrimenta festinationis complura sunt, et emolumenta patientiæ, ac quietis innumerabilia; hic in secundo periodi membro iterum subintelligitur verbum auxiliare است *est*, nempe بيشمار است *bīšūmār est*; innumerabilia sunt; sic pariter: زيد بفضل وادب موصوف بود و به لهو وعشرت وطرب بغايت مايل *zeid befazlū edeb mewsūf būd, we be lehwū ỳšretū tarb beghājet māil;* Zeidus virtute, ac bonis moribus excultus fuit, sed oblectamentis, compotationibus, et musicæ valde deditus; hic pariter in secundo membro subintelligitur بود *būd*, nempe مايل بود *māil būd*; deditus fuit.

Quando significatur Possessio, construitur Verbum substantivum *Esse* cum genitivo in را *rā*, sic dicitur: كراست اين كتاب *kirāst in kitāb*, cujus est hic liber? كرا مجال مقالت باشد *kirā megiāli makālet bāšed*, cujus sit audacia loquendi? Cum autem Persæ habeant verbum ejusdem significationis cum nostro *Habeo*, nempe داشتن *dāšten*, adhibent hoc verbum in omnibus locis, in quibus apud alias nationes adhiberi solet, dicunt itaque: ان پادشاه پسري داشت صاحب فراست *ān pādišāh püserī dāšt sāhybī firāset*, ille Rex filium habebat ingenio præclarum; چه حال داري *či hāl dārī*; vel in Plurali چه حال داريد *či hāl dārīd*, qualem statum habes, habetis? quomodo vales? valetis?

Post verba خواستن *chāsten*, velle, et توانيدن *tüwānīden*, posse, alteri verbo plerumque ن *nun finale* Infinitivi demitur, ut: خواهم رسيد *chāhem resīd*, perveniam; نتواند كرد *netüwāned kerd*, non poterit, aut non potest facere; آن مرد تواند كشت وتواند بخشيد *ān merd tüwāned küšt, we tüwāned bachšid*, ille vir potest interfici, et potest absolvi.

Persica Verba activa regunt pleraque Accusativum, aut determinatum cum را *rā*, aut indeterminatum sub terminatione Nominativi,

prout sensus exigit, ut مالداريرا شنيدم *māldārīrā šünīdem*, quendam opulentum fuisse audivi; اگر آن ترک شيرازي بدست آرد دل مارا *eger ān türki širāzī bedest āred dili mārā*, si ille Turca Schirazius cor nostrum in manus sumeret, seu gratum haberet; خانهء اورا کسي نديدي درگشاده و سفرهء اورا سرگشاده *chānei orā kesī nedīdī der küšāde, we süfrei orā ser küšāde*, nemo unquam viderat domum ejus apertam, neque mensam apparatam. Illud را *rā* omittitur, quando nomen est indeterminatum, et generale, ut: دعا کردن *duā kerden*, preces fundere; چام پر کردن *čiām pür kerden*, implere poculum.

Nonnulla verba cum duobus accusativis construuntur, ut: مردرا خفته بگذاريم *merdrā chüfte bügüzārīm*, hominem relinquamus dormientem; کاروانرا رفته ديد *kārwānrā refte did*, viatores vidit profectos.

Multa sunt, quæ Dativum regunt, ut: يارانرا خبر کرد *jārānrā chaber kerd*, sociis nuntiavit; sic دادن *dāden*, dare, ut: مبلغ خطير به او داد *meblaghi chatyr be o dād*, magnam pecuniæ summam illi dedit; طالب شدن *tālyb šüden*; cupidum, studiosum esse, et sic alia.

Aliqua etiam regunt Ablativum, ut: ترسيدن *tersīden*, گذاريدن *güzārīden*, transire per-trajicere; *e. g.* از خدا ترسيدن *ez chudā tersīden*, Deum timere; از آتش نهان ميترسم *ez āteši nihān mītersem*, timeo ignem latentem; et sic similia.

Participia latina in *endus* exprimunt Persæ per Infinitivum addendo literam ي *je* præcedente kesra, ut: کشتني *küštenī*, occidendus; مردني *mürdenī*, cui est moriendum, mortalis, آمدني *āmedenī*, venturus, cui est veniendum, آويختني *āwīchtenī*, suspendendus.

Caput Decimum Octavum.

De Syntaxi Particularum.

Particulæ conjunctivæ, quæ exprimunt conjecturam, conditionem, voluntatem, motivum, requirunt conjunctivum, seu potentialem modum, *e. g.* گر بدانستمي كه فرقت تو اينچنين صعب باشد و دلسوز از تو دوري نجستمي يكدمو ز تو غايب نبودمي يكروز *ger bidānistemī ki furkatī tū inčūnīn saab bāšed we dilsūz, ez tū dūrī negiūstemī jekdem, we` zi tū ghāib nebūdemī jekrūz.* Si scivissem, quod absentia tua futura esset adeo plena curarum, et affligens, non vellem deperditum sine te vel unum momentum, et vellem te non reliquisse vel una die.

In verbis compositis particulæ præsentis temporis مي *mī*, et همي *hemī* collocantur inter adjectivum, vel substantivum, et verbum auxiliare, ut: پر مي كنم *pūr mī kūnem*, impleo; تر همي سازي *ter hemī sāzī*, humectas; Nonnunquam verbum ab adjectivo, vel substantivo suo, quocum compositum est, separatur, idque inter et hoc, alia vocabula inseruntur, ut: صبا بلطف بگو آن غزال رعنارا كه سر بكوه و بيابان تو دادۀ مارا *sabā belutf būgū ān ghazāli raenārā, ki bekūhū bejābān tū dādei mārā*, o Zephyre! dic illi dorcadi tenero, tu confinia habes nobiscum in monte, et deserto; hic inter سر *ser*, et دادن *dāden*, tria vocabula inserta sunt.

Præpositiones, et Interjectiones præfiguntur nominibus in nominativo; ut: از آن جا *ez ān giā*, ex illo loco; با تو *bā tū*, tecum, برمن *ber men*, supra me; ايا شهريار *ejā šehrijār*, o Rex!

In familiari sermone Persæ se invicem alloqui solent per secundam personam singularis تو *tū*, tu; *e. g.* چه حال داري *či hāl dārī*; quomodo vales? sæpius etiam per secundam personam pluralis شما *šūmā*, vos; ut: از كجا تشريف آورديد *ez kūgiā tešrīf awūrdīd*, unde venistis? nonnunquam respectus ergo tertiam personam pluralis adhibent, *e. g.*

Digitized by Google

سرافراز فرمودند *serefrāz fermūdend*, mihi honorem exhibuerunt, i. e exhibuistis; loco فرموديد *fermūdīd*, پادشاه اورا دادند *pādišāh orā dādend*, Rex ipsi dedit; وزير خواهند آمد *wezīr chāhend āmed*, Vezirius veniet; loco داد *dād*, et خواهد *chāhed*. Habent nihilominus etiam aliquam tertiam personam titularem universalem, nempe حضرت *hazret*, dominatio, celsitudo, ut: حضرت شما *hazreti šumā*, Dominatio vestra. Si vero aliquis de se ipso loquitur, ad libitum dicere poterit من *men*, ego; vel ما *mā*, nos, aut civilius بنده *bende*, servus; فقير *fakyr*, pauper عاجز *āgiz*, debilis; دوست *dost*, amicus; محب *muhybb*, amicus, خيرخواه *chairchāh*, benevolus.

نوشته ماند سياه بر سفيد
نويسنده‌را نيست فردا اميد
نوشته من ندانم تاكه خواند
اگر بميرم بيشك اين ماند

Nigrum super Albo scriptum manebit:
Scriptori vero cras nulla spes erit.
Scriptum ego nescio, quis sit lecturus:
At, etsiamsi moriar, hoc indubitanter manebit.

Digitized by Google

Menses Persarum.

Mensis I.	فروردين	*Ferwerdīn.*
Mensis II.	اردبهشت	*Ardebehiśt.*
Mensis III.	خرداد	*Chordād.*
Mensis IV.	تير	*Tīr.*
Mensis V.	مرداد	*Murdād.*
Mensis VI.	شهريور	*Sehriwer.*
Mensis VII.	مهر	*Mihr.*
Mensis VIII.	ابان	*Abān.*
Mensis IX.	آذر	*Azer.*
Mensis X.	دي	*Dej.*
Mensis XI.	بهمن	*Behmen.*
Mensis XII.	اسفندارمذ	*Esfendārmez.*

Digitized by Google

DIALOGI PERSICI.

مکالمهٔ نخستین	*Dialogus Primus.*
صاحب سلامت	Salve sis Domine.
بندگي حضرت	Servus Dominationis vestræ.
مزاج مبارک* مزاج شریف* مزاج اقدس* مزاج عالي	Quomodo valet Dominatio vestra?
الحمد لله* شکر خدا	Deo sint laudes! Deo sint gratiæ!
در دعا* دعا و یاد	Deum precor pro vobis.
دعاي دولت	Pro felicitate vestra Deum precor.
از کجا آمدید	Unde venistis?
از کجا مي آیید	Unde venitis?
از کجا تشریف آوردید	Unde venistis?
از عاجز خانه* از فقیر خانه* از بنده خانه	Domo.
براي چه آمدید	Ad quid venistis?
چرا تصدیع کشیدید	Quare vobis hanc molestiam creastis!
براي دیدن صاحب	Ut Dominationem vestram videamus.
براي ملاقات شما	Ut vos visitemus.
کرم کردید* مهرباني کردید	Gratiam mihi fecistis.
نوازش فرمودند* سرافراز فرمودند	Mihi honorem exhibuistis.
ذات صاحب درین ملک غنیمت است	Persona Dominationis vestræ pro hac regione fortuna est.

Digitized by Google

نام شما چیست	Quodnam est nomen Dominationis vestræ?
اسم شریف صاحب	Quodnam est Dominationis vestræ nomen nobile?
اسم نحیف فلان	Nomen meum est N.
از دیدن شما خوش شدم از ملاقات شما محظوظ شدم	Dominationem vestram, seu vos vidisse lætor.
مستفید شدم	Hoc in emolumentum meum accidit.
بندگي حاصل کردم	Occasionem nactus sum, vobis servitia præstandi.
سعادت حاصل کردم	Fortunam consecutus sum.
مشتاق شدم	Vos videre desiderabam.
شوق دیدن شما بسیار داشتم	Magnum desiderium habui vos videndi.
تمناي ملازمت بسیار داشتم	Servitia mea vobis præstare ardenter exoptabam.
خانه شماست هر گاه خواسته باشید بیایید	Domus hæc vestra est, venite, quandocunque vobis placuerit.
وقت فرصت گاه گاه مي آمده باشید	Venite subinde, quando vobis otium fuerit.
مکرر در بندگي حاضر خواهم شد	Sæpius veniam ad officia vobis exhibenda.
اکثر در خدمت خواهم رسید	Frequenter ad obsequia vestra veniam.
مرا در گوشهء خاطر جا داده باشید	Mihi in angulo animi locum concedite.
فراموش مکنید	Nolite oblivisci.
خدا سلامت دارد	Deus vos in pace custodiat.
فی امان الله	Vos Dei protectioni committo.

Digitized by Google

مکالمهٔ دو	*Dialogus Secundus.*
چه حال داري	Quomodo vales?
کجا مي روي	Quo vadis?
بخانه مي روم	Domum vado.
در خانه چه کار داري	Quid domi ad agendum habes?
نامهٔ مي نويسم	Epistolam scribo.
کراست اين کتاب	Cujus est hic liber?
بکتاب چه کار داري	Quid tibi negotii cum libro?
براي خواندن نويسم	Propter lectionem scribo.
هيچ کاري داري	Nihilne ad agendum habes?
کاري ندارم	Nihil habeo ad agendum.
بخانهٔ ما زود برو و پسرانرا خبر کن	Vade cito in domum meam, et famulis nuncia.
همه ايشانرا بياور	Omnes tecum adfer.
ده اقچه بگوشت بده	Decem nummos pro carne da.
چهار اقچه بروغن بده	Quatuor nummos pro butyro da.
پنج اقچه ببرنج بده	Quinque nummos pro oryza da.
شش اقچه بنان بده	Sex nummos pro pane da.
هشت اقچه ميوها که در بازار باشند بخريد	Pro septem nummis fructus, qui venales in foro adsunt, eme.
در کنار باغ صحبت مي داريم	Ad latus horti colloquamur.
چرا دير آمدي	Quare tarde venisti?
يک دم بنشين	Paulisper sede.
بعد ازآن مي رويم	Deinde eamus.
يا يوسف خوش آمدي	O! Josephe! bene venisti!
اينجا بنشين که از صحبت تو مشرف شويم	Hic sede, ut colloquio tuo honoremur.
مرو اي نور ديدهٔ ما	Noli abire, o! lux oculorum nostrorum.
چرا زود مي روي	Quare cito abis?
باري بکار خويش مشغول شو	Tandem te occupa negotio tuo.

Digitized by Google

درس خواندي	Lectionem legistine?
نخواندم	Non legi.
چرا نخواندي	Quare non legisti?
درس نخستين ني دانم	Lectionem primam nescio.
خواندن مي خواهى	Visne legere!
نخواهم خواندن	Nolo legere.
اندک ميدانم	Parum scio.
خواهم نويشتن	Scribere volo.
بروم وبياموزم	Ibo, et addiscam.

مکالهٔ سوم — *Dialogus Tertius.*

با يوسف دوستانرا نامهٔ بنويس	O Josephe! amicis epistolam scribe.
از حال ايشان بپرس	Quomodo valeant, interroga.
از دوستان چه آمد پرسيدي	Interrogastine, quid nuntii ab amicis venerit?
آري پرسيدم	Ita, interrogavi.
جواب آمد که همه دوستان گفته‌اند که ازهمت شما باصحت وسلامتيم	Responsum venit, omnes amicos dixisse: nos vestro favore sani incolumesque sumus.
بدعاي دولت شما روز وشب مشغول ايم	Nos diu noctuque precibus pro vestra fecilitate occupamur.
جملهٔ محبان از خاطر شما پرسيدند- که مدت نزديک وصلت شما بخير ميسر گرداند	Omnes amici de dispositione animi vestri interrogarunt, optantes, ut intra breve tempus vobiscum in bona salute convenire possint.
انشا الله تعالي	Si placuerit Deo Altissimo.
از تفرج صفا داري	Placetne tibi deambulatio?
صفا دارم ليکن يکدم مرا مصلحت است	Placet mihi, ast unius momenti negotium habeo.
بغايت مهم است	Negotium est valde urgens.
چون مصلحت تمام شود برسر وچشم ما هر کجا فرمايي برويم	Finito negotio, lubenter, quocunque mandaveris, ibo.

Digitized by Google

برو و زود بیا	Vade, citoque redi.
اکر زود آمدي خوش بود	Si cito veneris, bene erit.
تو کسي مرنج	Neminem offendas.
سخن نرم بکو سخت مکو که سر ما الم میرسد	Blando utere sermone, noli stentorea voce uti, ne capiti nostro, i: e. mihi molestiam crees.
آهسته بکو	Submissa voce loquere.
کوش ما کر نیست	Auris mea surda non est.
سخن مارا کوش دار	Ausculta sermonem nostrum.
اندیشه کن	Cogita.
فراموش مکن والاخر پشمان شوي	Noli oblivisci, ad finem te poenitebit.
تو چه میکویي	Quid dicis?
کوش دار که من چه ميکويم	Ausculta, quid dico.
کستاخي مکن	Non sis incivilis.
درمیان بزرکان کستاخي بداست	Inter majores incivilitas mala est.
بنویس نامهء فارسي	Epistolam persicam scribe.
نمي دانم که نوشتن	Nescio, quid scribam.
بسیار ندانم	Multum non scio.
آن سفارش میکنم که یاران ما به بین که حال ایشان چیست	Illud tibi commendo, ut amicos nostros visites, et videas, quomodo valeant.
اکر ایشان بطرف ما مي آیند صفا مي آوردند	Si ad nos venerint, gaudebo.
ایشانرا دعوت کن	Invita illos.
مدّت بسیاراست که با ایشان مصاحبت نکردیم	Multum temporis est, quod cum illis non simus collocuti.
خاطر جملهء محبّانرا رعایت واجبست	Amicitiam omnium amicorum colere oportet.
هرچه فرمودي بسر ماست تقصیر نشود	Omne, quod jussisti, supra caput nostrum est, minime negligam.

Digitized by Google

در وقت رفتن بمن خبر کن که ترا چیزي مي سپرم	Quando vadis, mihi nuncia, ut tibi aliquam rem injungam.
شتاب مکن	Noli festinare.
شتاب در کار نیک نیست	Festinatio in negotio bona non est.
ببالا برویم	Ascendamus.
غافل مباش که علامت بدنامست	Non esto incurius, nam signum mali nominis est.
روز وشب به نشستن و خواندن مشغول شو	Diu noctuque sedendo, et legendo te occupa.
بجدّ باش دانشمند باشي	Esto laboriosus, evades doctus.
کاهلي مکن	Non sis piger.

مکالمهٔ چهارم — *Dialogus Quartus.*

کدام کتاب درس کرفته اید	Quales libros legistis?
آنچه کتابهاي که رسمي درین ملک متداول است	Illos libros, qui in hac regione pro studiis in usu sunt.
چند زبان یاد کرفته اید	Quot linguas caletis?
زبان فارسي و هندي کفتن مي توانم	Persice, et indostanice loqui scio.
صرف ونحو وقدري از علم لغت هم میدانم	Grammaticam, et Syntaxim, et parum ex philologia scio.
این دو زبان بفصاحت میکویید	Facunde has duas linguas loquimini?
بفصاحت کفتن خیلي مشکل است امّا تقلید اهل فصاحت میکنم	Eas facunde loqui valde difficile est, sed facunde loquentes imitor.
از نظم و نثر فارسي چند کتاب خوانده اید	Quot libros tum metro, tum prosa, persice exaratos legistis?
دو سه دیوان و دو سه مثنوي ودو سه انشا خوانده ام	Duo vel tria pœmata, duo aut tria disticha, et duos aut tres libros stylo epistolari exaratos legi.
تعلیق مي نویسید یا شکسته	Scribitisne Taalik, vel Schikeste?
صرف تعلیق نیست شکسته آمیز مینویسم	Purum Taalik non scribo, sed mixtum cum Schikeste.

Digitized by Google

خطّ شما اصلاحي است يا طبعي	Scriptura vestra est ne formata juxta regulas, aut ex mero habitu?
چند روزخوشنويس اصلاح كرفتم بودم آخر از روي تعليم مشق كردم	Aliquot diebus pulchre scribere addidici, deinde exercitii caussa exemplaria descripsi.
فردا نمونهء خطّ خود بياريد به بينم كه نشست يافتهاست يا نه	Cras specimen scripturæ vestræ mi- afferte, ut videam, utrum manus, seu scriptura vestra firma sit, nec ne.
چند سطر نوشته بخدمت خواهم كذرانيد اكرچه قابل كذرانيدن نيست	Aliquot lineas scriptas vobis præsentabo, quamvis præsentari non mereantur.
چه قدر مشاهره خواهيد كرفت راست بكوييد	Quantum singulis mensibus vultis habere, verum dicite.
صاحب قدر دانند درآنچه پرورش بشود مقرّر فرمايند	Domine, vos ipsi, quid merear scitis, designate quod in sustentaculum sufficiat.
پيشتر كجا نوكري كردهايد وچه در ماه داشتيد	Cui servivistis antea, et quantum omni mense habuistis?
پيش فلان صاحب و فلان صاحب بوده ام در ماه اينقدر مي يافتم	Fui apud N. et N. et tantum per mensem habui.
چه چيز مي خواند وچه قدر محنت مي كرد وچند سطر ياد مي كرفت	Legitne quidpiam, quantumve se applicuit, et quot lineas memoriæ mandavit?
زبان فارسي مي آموخت	Linguam persicam addiscebat.
صرف زبان مي آموخت	Linguam istam loqui addiscebat.
قواعد فارسي مي خواند	Grammaticam persicam legebat.
شما نوكري كذاشتيد يا او برطرف كرد	Vosne illius servitium reliquistis, an ille vos dimisit?
من بيمار شدم او شان معلّم ديكررا نكاه داشت	Ego ægrotavi, et ille alium Magistrum suscepit.

خوب من شمارا نگاه مي دارم وان قدر در ماه خواهم داد .	Bene, ego vos suscipio, et tantundem per mensem dabo.
بالفعل همين قبول مي كنم	In præsens in hoc convenio.
هرروز بياييد	Venite quotidie.
چيزي نوشته بيارم	Ego aliquid scribam, et vobis afferam.
مصادر فارسي باكردان هريك مصدر نوشته بياريد	Infinitivos persicos, cum inflexionibus cujusvis verbi scriptos mihi portate.
صاحب كاغذ عنايت كن در دو سه روز نوشته مي آرم	Domine, chartam mihi da, intra spatium duorum, aut trium dierum scriptam vobis reportabo.
كاغذ خوب مي دهم شما هم خوشخط بنويسيد	Bonam vobis do chartam, dummodo vos pulchram scripturam scribatis.
امروز يک جزء نوشته آورده ام شروع فرمايند	Hodie aliquam sectionem scriptam tuli; placeat vobis incipere.

مكالمهٔ پنجم — *Dialogus Quintus.*

در كنار يک سبزه وآب روان صحبت كنيم	Ad latus alicujus vireti, et fluvii colloquamur.
سازندهگان همه احضار كردانيم	Musicos omnes producamus.
يک دم با ايشان عيش كنيم	Aliquantum cum illis tempus alacriter transigamus.
اگر از خوردن مي صفاي دوستان باشد حاضر مي كنيم	Si bibere vinum, amicis placuerit, etiam illud parabimus.
زيرا خوردن مي ركن عيش است	Quia potus vini columna lætitiæ est.
خوردن مي در حضور ياران بغايت خوب است چنانكه چندان بز بعض كباب شود	Potus vini in amicorum præsentia valde gratus est, si aliqua assatura capræ adsit.
بعض بريان شود	Aliqua caro assa adsit.

Digitized by Google

جمله اسباب عیش مهیّا شود	Omnis apparatus oblectationis in promptu sit.
شمار میداني	Scisne Arithmeticam?
نمي دانم امّا آموختن هوس دارم	Nescio, sed eam addisçere percupio.
شنیدم که دانستن شمار نیک است	Audivi, quod computum scire bonum sit.
هوس کردم تاکه بیاموزم	Desidero, ut eum addiscam.
خواهي شمردن	Visne numerare?
نخواهم	Nolo.
چرا نمي خواهي	Quare nonvis?
از آنکه اندک میدانم	Propterea, quia parum scio.
چرا بسیار نیاموزي	Quare plus non addiscis?
نمی دانم که حاجت شود	Nesciebam, id necessarium esse.
قبا بپوش روزو شب که هوا سرد است	Diu noctuque vestem crassam gesta, quia aura frigida est.
بردن قبا بد است زیرا بدن شمارا الم میرساند	Vestem crassam portare non est bonum, quia corpori vestro molestiam creat.
چرا نمي خسبي	Quare non decumbis?
صفاي خواب ندارم	Non arridet mihi somnus.
از خفتن صفا داري	Placetne tibi dormire?
صفا دارم ولي مصلحت ما بسیار است	Placet, ast multa habeo negotia.
یکدم بنشینم	Paulisper sedebo.
بعداز آن مي خسبم	Deinde decumbam.
غوغا مکن یار ما خفته است	Noli vociferari, amicus meus dormit.
یکدم چشم دار	Paulisper observa.
خواهم خفتن	Dormire desidero.
یکدم صبر کن	Parum expecta.
غافل مشو زیرا غفلت بد است	Non sis incurius, quia incuria mala est.
این فرصت کجا یابي	Ubine invenies hanc occasionem?

Digitized by Google

فرمان شماراست	Vestrum est mandare.
شمارا انصاف نيست	Aequitatem non habetis.
بسيار كفتيم امروز	Hodie multum locuti sumus.
بسيار كفتن حاجت نيست	Multum dicere non est opus.
سخن كوتاه كن زيرا كفتن دراز موجب ملامت است	Sermonem abbrevia, quia fusus sermo vituperandus est.
دراز مكشي حرمت خود نكاه دار	Noli fuso sermone uti, tuum honorem observa.
دركار باش بي كار مباش	Labori vaca, sine opere non sis.
بي كار بودن علامت خير نيست	Sine opere, seu otiosum esse bonum signum non est.
كتابرا از خود دور مكن	Librum a te non remove.
كتاب و قلم و كاغذرا عزيز دار	Librum, calamum, et chartam cara habe.
تاچيزي برسي جهد كن	Esto diligens, ut aliquid consequaris.
از ياران خود كم مكن تا صاحب كمال كني	Noli diminuere amicos tuos, ut perfectus evadas.
كسب كمال كن كه عزيز جهان شوي	Procura tibi perfectionem, ut ab omnibus honoreris.

مكالمهٔ ششم — *Dialogus Sextus.*

يك پارهٔ باغ ما هست كه ميوهاي غريب و سيبهاي لطيف درآن بستانست	Habemus hortum, miris fructibus, et malis pulchris refertum.
اين زمان همه رسيده است	Hoc tempore omnia matura sunt.
باغبان درباغ شما چه چيز از ميوها ميشود	Hortulane, quales fructus in horto vestro sunt?
زردالو است بادام است آلو بالو است به است انجيراست انارست نارنج است توت است وشفتالو وآلو و آرموند	Mala armeniaca, amygdala, cerasa, mala cydonica, ficus, mala punica, aurea, mora, mala per-

Digitized by Google

وخربزه واقسام لیمونها است	sica, pruna, pira, melopepones, et diversa malorum limoniorum genera sunt.
از قسم شکوفها کدام دارید	Qualia florum genera habetis ?
گل است ونسرین است ویاسمین است ولاله است وبنفشه است و زنبق است وقریب ده چمن دارم	Rosam, narcissum, jasminum, tulipam, violam, lilium, et circiter decem florum viridaria habeo.
هرروز چهار دسته گل ودو خوان میوه بیارید من انعام خواهم داد	Quotidie mihi quatuor facisculos florum, et duos alveolos fructuum ferte, ego vobis munusculum dabo.
چیزي سبزي در باغ دارید و حالا موسم کدام سبزیست	Qualia olera habetis in horto, et nunc qualium olerum tempus est ?
سبزي هر فصل دارم حالا موسم کرنب و حلبه وغیره است	Olera cujusvis temporis habeo ; nunc est tempus brassicæ, nasturtii, et aliarum herbarum.
از قسم خربزه چه چیزها درباغ شما میروید وچه خوب میشود	Qualis species peponum crescit in horto vestro, et quæ bene proveniunt?
خیار بسیار خوب میروید	Cucumeres valde bene crescunt.
هر روز معتاد میوه و شکوفه و سبزي و غیره میخواهم چه خواهید گرفت	Quotidie certam quantitatem fructuum, florum, olerum &c. desidero, quid vultis habere ?
چیزي در ماه مقرر فرمایند هرچه در باغ مي شود مدام خواهم رسانید	Figite certi quidquam in singulos menses, ego semper id, quod in horto est, feram.
چه قدر در ماه مي خواهید وچند سبد هر روز خواهید آورد اقرار بکنید	Quantum quovis mense vultis, et quot corbes quotidie portabitis, dicito ?
یک فیورنط هرروز میخواهم یک سبد سبزي ویک دالیء میوه و چهار طرهء گل خواهم رسانید	Florenum quavis die volo, unam corbem olerum, fructuum, et quatuor fasciculos florum feram.

خوب بیست فیورنط درماه خواهم داد همین این قدر میرسانیده باشید	Bene, viginti florenos per mensem dabo, tantummodo hanc quantitatem portetis.
اي دوست برخیز تا برویم	Amice, surge, ut eamus.
صفا دارم که در خدمت شما یکدم برویم واطرافهاي این باغ بحضرت شما بنماییم	Placet mihi, ut ad obsequia vestra paulisper obambulem, omnesque hujus horti partes Dominationi vestræ ostendam.
درکوشهاي این باغ کلستان و مرغزار است	In angulis hujus horti rosetum, et locus avibus abundans est.
چند روز درآن جا عیش ودل کشاده شویم	Aliquot diebus in illo loco nostrum exhilerabimus animum.
صفاي شما از آن بسیار شود	Recreatio vestra inde major evadet.
بصحبت شما مشرف بشویم	Consortio vestro, colloquio vestro honorabimur.
بمحمود خبر بفرستادیم زیرا مدت بسیار است که او محب ماست	Mahmudo nuncium misimus, quia a multo tempore amicus noster est.
چونکه محمود بیاید چه کار کنیم	Cum Mahmudus venerit, quid faciemus?
بکنار باغ برویم واطعمهء کوناکون بپزیم	Ad latus horti ibimus, et diversos cibos coquemus.
چند یاران جمع کنیم زیرا محمود خوب مغني وخواننده است	Aliquot amicos congregemus, quia Mahmudus bene cantat.
صحبتهاي لطیف مي داند	Jucunde societatem distrahit.
هرکسي که صحبت او بشنود بیهوش شود	Quicunque colloquia ejus audit, obstupescit.
چندان کمالات او دارد که همه جامع شده است	Tot habet perfectiones, ut omnes in eo collectæ videantur.
یا عبد الله زود برو وبمحمود دست بوس ما برسان و بنده خانه دعوت کن	O! Abdallah! cito vade, et Mahmudo osculum manus ex me refer, eumque in domum meam invita.

Et patrem ejus multoties ex me saluta, eique dic, quod Mahmudum ad me invitaverim.	وپدر او چند سلام برس وبکو که من محمودرا بنده خانه دعوت کردم
Cito redi, ne multum exspectemus.	زود بیا تا انتظار نکشیم

Dialogus Septimus. — مکالمهٔ هفتم

Bona nox Caupo!	شب خیر پیر مغان
Bene venisti mi Domine cum tuis peritineris comitibus?	خوش آمدي صاحب همراه یاران شما
O! Domine dasne nobis locum hic pernoctandi?	اي صاحب تکیهٔ امشب بما جاي میدهي درین جا
Ita, domine, hic locus est vester, ingrediamini.	آري صاحب جاي شماست اندرون بیایید
O! Rizwan huic domino exue ocreas.	اي رضوان بکش موزه این مرد ادمي‌ار
Bene, bene, statim exuam.	خوب خوب حالا خواهم کشید
Domine, huc pone pedem.	صاحب پاي اینجا بنه
Per Deum, trahe lentius, quia valde sum defatigatus.	ازبراي خدا آهسته آهسته بکش که بسیار مانده ام
Domine, unde venis?	صاحب من از کجا مي آیي
Ex Iracca, et Chorasania venio.	من از عراق وخراسان مي آیم
Quid novi ex Iracca?	چه خبر داري از عراق
Nihil aliud est novi, quam quod quotidie omnes in adventum Regis intenti sint.	دیکر خبر نیست غیر آنکه روز بروز راه پادشاه‌را مي بینند
Caupo, adfer mihi aliquot cibos.	اي پیر مغان بیار بمن طعام براي خوردني
Lubentissime, Domine.	بر چشم صاحب
Adfer aquam, ut manus, et faciem lavem.	آب بیار که دست و روي بشویم
Ecce aquam, lava quidcunque volueris.	اینست آب بشوي هرکه مي خواهي

Digitized by Google

بر خیز بر سر سفره بنشین	Surge, mensæ asside.
چه میخواهید شما که بیارم برای خوردنی بکویید بغیر ملاحظه	Quid vobis comedendum feram? di-dicite libere.
بن نان بیار شراب پنیر یک کبوتر کباب واکر شوربا بوده بسم الله	Fer mihi panem, vinum, caseum, unam columbam, assaturam, et, si adest, jusculum in nomine Dei.
ای رضوان اینجا باش بایشان بیار هر چه میخواهند واز اینجا نخواهی جنبید	O! Rizwan, hic mane, et adfer illis, quæcunque petierint, neque ex hoc loco te move.
دیکر چیزی میخواهی که بیارم یانه	Visne, ut aliam rem adferam, vel non?
نه نه حالا بس است و بعد ازآن حساب خواهی کرد	Non, jam sufficit, et postea computum fac.
همه یک فیورنط ونیم است	Universim Florenus et dimidius est.
شما چنان حساب میکنی	Vos ita computum facitis?
من حساب را یک بیک میکنم	Modo singulatim computum faciam.
هچو خوب است من ازین راضی هستم	Sic bonus est, jam sum contentus.
خوراک اسبرا دو فیورنط	Pro pabulo equi duos florenos.
اینست زر بکیر حق شمارا	Ecce pecuniam, modo temet ipsum solve.
خدا بشما خیر دهد	Deus vobis rependat!
ای مردم خانه بیارید چراغ اینجا که من میخواهم که طبیله واسب مارا به بینم	Heus mediastine, lumen adfer, ut stabulum et equum meum videam.
بکیر اسبرا و ببر بآب و بکذارکه خوب آب بخورد و بعد از آن اورا بشو	Cape equum, et duc illum ad aquam, ut bene bibat, deinde eum lava.
آب بسیار خورد	Bibitne multum aquæ?
آری راست است به بین چه شکم دارد	Omnino, vide, qualem habeat ventrem.
از برای خدا اخورش خوب خواهی ساخت	Per Deum, bonum ei fac stratum.

Digitized by Google

شما خاطر جمع کنید من خوب خواهم نکه کرد	Non esto sollicitus, ego omnia bene curabo.
خوب تیمار کن به بین که چه کل است	Strigilla eum bene, vide, quam lutulentus sit.
من میکنم بغیر کفتن	Ego id facio, quin mihi id dicas.

مکالمهٔ هشتم — *Dialogus Octavus.*

بمن دوشک خوب بده ویک چادر و یک بالش پاکیزه	Da mihi bonum lectum, lodicem, et pulvinar mundum.
من اندک درد سر دارم از براي خدا بمن بنما خانهٔ طبیب کجا مي باشد	Mihi paulisper caput dolet; per Deum monstra mihi, ubi sit hospitium medici.
برچشم برویم شمارا بنمایم راه‌را بیا اینجا	Lubentissime eamus; monstrabo vobis viam; huc veni.
ازین راه برو اوّل دروازه که مي بیني بر دست راست بکذار پیشتر این کلیسا هونست اورا بکوب	Hac via ito, per primam plateam, quam ad dextram vides, transi, ante hanc ecclesiam, ibi est, pulsa.
نام طبیب چیست	Quomodo vocatur Medicus?
حکیم منصور مصري نام دارد	Vocatur Hakim Mansur Misri.
بسیار اهل علم است وخوب آدمي	Est homo valde eruditus, et bonus.
میخواهم که بروم اورا به بینم برخیز برویم	Ibo, ut eum videam, surge, eamus.
کیست که دروازه میکوبد	Quis pulsat ad portam?
منم دوست دروازه‌را واکن	Ego sum; amice, aperi januam.
صبر کن حالا وا خواهم کرد	Exspecta, illico aperiam.
سلام علیک طبیب ماهر	Salvesis Medice celebris!
خوش آمدي بچه کار آمدي	Bene venisti, ad quem finem venisti?
سر من درد میکند بواسطهٔ این آمدم پیش شما که بمن درمان کني	Ad te veni, ut mihi ob capitis dolores medicamentum præscribas.
اي مبارک بیار اندک کاغذ که بنویسم	O! Mobarek, adfer mihi aliquantum chartæ, ut scribam.

Digitized by Google

بنشین صاحب اندکی تا بنویسم	Sede, domine, paulisper, donec scribam.
بکیر این نوشته‌را و برو پیش عطّار که بشما خوب درمان خواهد داد که شفا بیابي	Accipe hoc scriptum, et ito ad pharmacopolam, ut bonam vobis det medicinam, quæ pristinam vobis restituat salutem.
من بشما بسیار متندار خواهم شد	Ego vobis valde obstrictus ero.
چند مي خواهي براي این نوشته را	Quantum vis pro hoc scripto.
هرچه شما بدهید این سهل چیز است	Quidcunque dederitis, est enim res nullius momenti.
بکیر این نیم فیورنطرا اکر بس‌است	Accipe hunc medium florenum, si suffecerit.
بس است بخدا سپردم برو	Sufficit, in gratia Dei ito.
کجاست دوکان عطّار بکیر این نوشته‌را	Ubi est taberna pharmacopolæ? accipe hoc scriptum.
حالا برو ویک ساعت دیکربیا البتّه دیر نخواهي کشید	Modo abi, et post unam horam rursus veni, sed certe, noli morari.
من زود خواهم آمد	Cito veniam.
چند مي ارزد این درمان	Quanti, constat hæc medicina?
یک فیورنط مي ارزد نهایتش	Florenum constat, hoc est ultimum pretium.
خوب بکیر این ریال‌را وزیاده‌را بمن بده زیرا خرده همراه ندارم	Bene, accipe hunc thalerum, et, quod plus est, mihi restitue, quia pecuniam minutam non habeo.

Digitized by Google

HISTORIÆ PERSICÆ.

حکایت نخستین

فقیهي دختري داشت بغایت زشت روي و بجاي زنان رسیده با وجود جهاز ونعمت کسي بمناکحت او رغبت نمود في الجمله بحکم ضرورت باضریري عقد نکاحش آورده اند که در آن تاریخ حکیمي از سرندیب برسید که دیدهء نابینایان روشن کردي فقیه‌را کفتند چرا داماد‌ترا علاج نکني کفت ترسم که بینا شود و دخترم را طلاق دهد ۞

Historia I.

Juris consultus quidam filiam habuit nubilem, sed maxime deformem: quanquam proposita essent magnus nuptialium apparatus, dosque præclara, nemo tamen matrimonium ejus ambiit. Rem ut paucis absolvam, necessitate urgente, eam cæco cuidam matrimonio sociarunt. Scriptores tradunt: eodem anno ex insula Serendib medicum quemdam venisse, qui cæcis visum restituebat. Juris consultum rogarunt: Quid ne genero tuo oculorum usum quoque reddis? respondit ille: *Metuo, ne videns filiam meam repudiet.*

حکایت دوم

حکیمي را پرسیدند از شجاعت و سخاوت کدام بهترست کفت آنراکه سخاوت هست بشجاعت حاجت نیست ۞

Digitized by Google

Historia II.

Sapientem quemdam rogarunt, utranam virtutum harum, fortitudo, an liberalitas præstet? Respondit ille: *Qui liberalitatem habuerit, fortitudine minime eget.*

حکایت سوم

خواهندۀ مغربی درصف بزازان حلب میکفت اي خداوندان نعمت
اکر شمارا انصاف بودي و مارا قناعت رسم سوال از جهان برخاستي ❁

Historia III.

Mendicus quidam Africanus inter Haleppenses mercatores considens, infit: O benevoli, et divites Domini! si apud vos locum haberet æquitas, et apud nos continentia; jam pridem mendicandi mos ex orbe exularet.

حکایت چهارم

درویشي‌را شنیدم که درآتش فاقه میسوخت و رقعه بر خرقه میدوخت
کسي کفتش چه نشیني که فلان دراین شهر طبع کریم دارد و کرم عمیم میان
بخدمت آزادکان بسته‌است وبر در دلها نشسته اکر بر صورت حال تو مطلع
کردد پاس خاطر عزیزان منت دارد کفت خاموش که در نیستي مردن به
که حاجت پیش کسي بردن ❁

Historia IV.

Quemdam audivi religiosum, fortunæ angustiis pressum, qui veteres pannos consuebat; quidam illi ait: quid desides? in ista enim urbe vir quidam est natura benignus, qui universis promiscue beneficia præstat,

Digitized by Google

lumbos enim ad servitium piorum accinxit, desideriisque animorum promptissimus adest: quod si egestatis tua conscius fuerit, piorum benevolentiam demereri, sibi muneris magni loco ducet: Pauper infit: *Taceto; egestate mori præstat, quam necessitatem ulli exponere.*

حکایت پنجم

درسیرت آردشیر بابکان آمده است که حکیم عربرا پرسید که روزي چه مایهٔ طعام باید خورد گفت صد درهم کفایت میکند گفت ان قدر چه قوّت دهد گفت این قدر ترابر پاي هي دارد وهرچه براین زیاده کني تو حمّال آئي *

Historia V.

In annalibus Ardeschiri Babegani memoriæ proditum est, illum rogasse medicum arabem, quantum cibi capiendum sit uno die? medicum respondisse: Centum drachmas sufficere. Cui ille oblocutus ait: Tantillum quid roboris homini præstare potest? Medicus reddit: *Illa cibi quantitas te satis bajulabit: si vero illam excesseris, tu cibi bajulus eris.*

حکایت ششم

یکي از حکما پسرش را نهي کرد از بسیار خوردن کـــه سیري مردرا رنجور دارد گفت اي پدر کرسنکي بکشد نشنیدهٔ که ظریفان کفتهاند بسیري مردن به که کرسنکي بردن کفت اندازه نکهدار که قال الله تعالي کلوا و اشربوا و لا تسرفوا *

Historia VI.

Sapiens quidam filium suum ab ingluvie cohibuit inquiens: *Multum comedere mortalibus morbos adfert.* Respondet filius: Inedia o pater, perimit; nonne audivisti, quod a facetioribus dici solet! *Satietate mo-*

Digitized by Google

ri satius esse, *quam inediam sufferre*. Pater inquit: Tu mediam insistas viam, Deus enim imperavit maximus: *Comedite, et bibite; sed non profundite.*

حکایت هفتم

دست و پا بریدهٔ هزار پایی را بکشت صاحب دلی برو بگذشت وگفت سبحان الله با هزار پای که داشت چون اجلش فرا رسید از بی دست وپای نتوانست گریخت *

Historia VII.

Quidam sine manibus pedibusque millepedam interfecit; cordatus quidam illac forte præteriens infit: Laudatissime Deus, mille quidem pedibus, quos tenebat, imminens fatum, ab homine manibus, pedibusque truncato, evitare non potuit.

حکایت هشتم

بازرگانی را هزار دینار خسارت افتاد پسرش را گفت نباید که این سخن را باکسی درمیان نهی گفت ای پدر فرمان تراست نگویم ولیکن مرا بر فایدهٔ این مطلع گردان که مصلحت در نهان داشتن چیست گفت تا مصیبت دو نشود یکی نقصان مایه و دیگر شماتت همسایه *

Historia VIII.

Quidam mercator damno mille denariorum facto, filio suo inquit: hanc jacturam ulli dicere caveas. Filius respondit: mi pater, recte equidem imperas, egoque id nemini dicam, verum hujus silentii utilitatem mihi exponas velim, ut sciam, quid sit negotia celare. Pater inquit: Ne miseria nostra sit gemina: *Prima, scilicet, æris jactura, altera vero inimicorum illusio.*

Digitized by Google

حکایت نهم

یکي از شعرا پش امیر دزدان رفت و ثنا کفت فرمود تا جامه اش بستدند
واز ده بدر کردند سکان در قفاي او افتادند خواست تا سنکي بردارد زمین
یخ بسته بود عاجز شد کفت این چه حرامزاده مردمانند که سکرا کشاده اند
وسنکرا بسته امیر از غرفه بشنید وبخندید و کفت اي حکیم از من چیزي
بخواه کفت جامهء خود مي خواهم اکر انعام فرمایي *

Historia IX.

Quidam poetarum latronum adiit principem, laudibusque eum celebravit. Sed jussit ille, ut poetam vestibus spoliatum villa extruderent: canes poetam a tergo lacessunt; ille saxum humo tollere nititur; sed terram glacie induratam deprehendit. Fessus itaque miseria, inquit: o vaferrimos hujus loci homines, canes solverunt, saxa vero ligarunt. Latronum princeps his salibus de fenestra auditis, infit: o Sapiens, aliquid a me postula. Respondit ille: propriam vestem postulo, si benefacere lubet.

حکایت دهم

مردکي را درد چشم خاست پیش بیطاري رفت که مرا دوا کن بیطار
از آنچه در چشم چهارپایان کردي در دیدهء او کشید کور شد حکومت پیش
داور بردند کفت برو هیچ تاوان نیست اکر این خر نبودي پیش بیطار
نرفتي *

Historia X.

Homuncio quidam oculorum dolore perculsus, mulomedicum accedit, inquiens: Meos sanato oculos. Equarius medicus, illo, quo quadru-

Digitized by Google

pedum solebat, ejus quoque oculos inunxit unguento; sed miser ille coecus evasit. Litem ad judicem detulerunt, qui infit: In medicum nullam sarciendi damni actionem habetis; hic enim nisi asinus fuisset, equarium medicum nunquam adiisset.

حکایت یازدهم

پادشاهي پسري باديبي داد وكفت اين فرزندست تربيتش چنان كن كه يكي از فرزندان خود سالي برو سعي كرد وبجايي نرسيد و فرزندان اديب درفضل وبلاغت منتهي شدند ملک دانشمندرا مواخذه كرد وكفت وعدهرا خلاف كردي وشرط وفا بجاي نياوردي كفت اي ملک تربيت يكسانست و ليكن استعداد مختلف *

Historia XI.

Rex quidam filium suum magistro commisit dicens: Hic meus est filius, tu eum perinde ut filios tuos doctrina, moribusque imbuas. Præceptor per integrum annum illi operam dedit, sed nihil profecit: filiis interea suis in sapientiæ, eloquentiæque fastigium provectis. Rex præceptorem corripiens, ait: Tu datæ fidei defuisti, promissique fas violasti. Præceptor respondit: *O rex, par fuit institutio, sed dispar ingeniorum ratio, atque capacitas.*

حکایت دوازدهم

توانكر زادهءرا ديدم بر سر كور پدرش نشسته و با درويش بچهء مناظره در پيوسته كه صندوق تربت پدرم سنكينست و كتابهء رنكين وفرش رخام انداخته و خشت پيروزه درو ساخته بكور پدرت چه ماند خشتي دو فراهم اورده ومشتي دو خاک بر آن پاشيده درويش پسر اين بشنيد وكفت خاموش كه تا پدرت زير اين سنک كران برخود بجنبيده باشد پدرم ببهشت رسيده باشد *

Historia XII.

Divitis cujusdam vidi filium, patris sui tumulo insidentem, et cum pauperis filio hunc in modum disceptantem: Patris mei tumuli locus est marmoreus, monumentum aureis literis inscriptum, tumulus marmoribus constratus, tesselisque æraneis distinctus: tui vero patris tumulus cuinam rei est similis? duo enim congesti sunt cæspites, duoque pulveris pugilli ipsi inspersi. Pauperis filius, hoc audito, infit: *Tace; pater enim tuus, antequam sub gravi illo saxo se moverit, et enisus fuerit, pater meus paradisum jam contigerit,*

Digitized by Google

SENTÈNTIÆ PERSICÆ.

1.

افتاده است در جهان بسیار بي تمیز ارجمند وعاقل خوار

In hoc terrarum orbe hoc accidit fere, ut rudis honoretur, sapiens vero contemnatur.

2.

اگر ممالک روي زمین بدست آري بهاي مهلت یک روزه زندگاني نیست

Si omnibus potirere regnis, quæ in terrarum orbe sunt, pretium tamen non haberes, quo vitam solveres unius dieculæ.

3.

از خدا ترس و مترس از دشمنان کزهه دارد خدایت در امان

Deum time, at noli metuere inimicos, nam Deus te contra omnes tutum præstabit.

4.

از سخاوت مرد یابد سروري وشکر نعمت‌را دهد افزونتري

E liberalitate vera percipitur voluptas, atque major conciliatur Numinis favor.

Digitized by Google

5.

آنکه در راحت وتنعّم زیست او چه داند که حال کرسنه چیست

Qui semper in rerum affluentia, et deliciis vixit, ille quid novit, quis sit esurientis status.

6.

اندک اندک خیلي کردد وقطره قطره سیلي

Pauxillum pauxillo junctum fit multum, guttaque gutta aucta evadit flumen.

7.

اي برادر بندهء معبود باش و تا تواني باسخا و جود باش

O frater! Deum cole, et quantum potes, esto benignus, et liberalis.

8.

اکر بمرد عدو جاي شادماني نیست که زندکانيء ما نیز جاوداني نیست

Quando moritur inimicus, non ideo hilari sum animo, nam nec mea vita æternum durat.

9.

باسیه دل چه سود کفتن وعظ نرود میخ آهنین بر سنک

Hominem conscientia atrum monere quid refert? ferreus enim clavus in saxa nequaquam penetrat.

Digitized by Google

10.

بازوي بخت به که بازوي سخت

Fortunæ vis, corporis robore præstat.

11.

باش از بخل بخیلان بر حذر تا نسوزد ترا نار سقر

Cave sordidam avarorum parsimoniam, ne uraris ignibus inferorum.

12.

پند گیر از مصایب دیگران تا نگیرند دیگران زتو پند

Tu ex aliorum damnis exemplum capito, ne alii ex te exemplum sumant.

13.

خاموشي بهكه ضمیر دل خویش با کسي گفتن وگفتن مگوي

Præstat tacere, quam animi secreta alicui detegere, atque nulli dicas mónere.

14.

پاي در زنجیر پیش دوستان به که بیگانگان در بوستان

Pede catenato apud amicos esse satius est, quam apud peregrinos in horto incedere.

15.

بنطق آدمي بهتر از دواب ودواب از تو به گر نگوئي صواب

Homo brutis sermone præstat, sed bruta te antecedunt, si dicas, quod improbetur.

Digitized by Google

16.

توانكري بهنر است نه بمال بزركي بعقل است نه بسال

Divitiæ in virtute consistunt, non in opibus, prudentia ex intellectu, non ex annis æstimatur.

17.

تلميذ بي ارادت عاشق بي زراست

Invitus discipulus, amator est sine auro.

18.

تلخ است صبر و ليكن بر شيرين دارد

Patientia est amara, fructus vero ejus dulces.

19.

تا مرد سخن نكفته باشد عيب و هنرش نهفته باشد

Quamdiu aliquis nullum verbum prolocutus est, dedecus, et decus ejus ignorantur.

20.

جهان ديده بسيار كويد دروغ

Orbem pererrans mendacia plurima dicit.

21.

جز بخردمند مفرما عمل

Nulli nisi sapienti committas negotium.

Digitized by Google

22.

جوي زر بهتر از پنجاه من زور

Unum auri granum quinquaginta virium libris præstat.

23.

حکایت بر مزاج مستمع گوي

Historiam pro ingenio, et captu auditoris narra.

24.

خانهٔ دوستان بروب و در دشمنان مکوب

Aedes amicorum scopis purga, at inimicorum fores ne pulsa quidem.

25.

خاموشيرا هرکه سازد پیشهٔ کردد این نبودش اندیشهٔ

Qui assueverit taciturnitati, sese tutum præstabit a molestiis multis.

26.

خوي بد در طبیعتي که نشست نرود تا بوقت مرک از دست

Pravi mores, si naturam obsederint, non nisi morte expelli possunt.

27.

خود ستایي پیشهٔ شیطان بود آنکه خودرا کم زند مردان بود

Se ipsum efferre super alios consuetudo diaboli est: is, qui se ipsum demittit, vir est.

Digitized by Google

28.

آنکس که نداند ونداند که نداند در جهل مرکب ابد لدهر بماند

Ille, qui nihil scit, ac ignorat, se scire nihil, perpetuo in ignorantia crassa manebit.

29.

خواهي که متمتع شوي از نعمت دنيا با خلق کرم کن چو خدا باتو کرم کرد

Si frui volueris hujus mundi opibus, mortalibus benefacito, quemadmodum tibi benefecit Deus.

30.

در اين عالم کسي بيغم نباشد اکر باشد بني آدم نباشد

Nemo est in hoc mundo, qui ærumnis vacet, si vacet, inter filios hominum numerandus non est.

31.

در دنيا هيچ چيز نا خوشتر نيست از دوستي که دوستيء وي ازبراي عوضي يا غرضي بود

Nihil in hoc mundo vilius est, quam amicus, qui amicitiam privati commodi, ac lucri caussa colit.

32.

دل اي رفيق درين کاروان سراي مبند که خانه ساختن آيين کارواني نيست

Noli cor tuum, amice! stativis peregrinationis hujus affigere, quia sapientis non est viri in itinere ædificare sibi domum.

Digitized by Google

33.

دل درکسي مبند که دل بستهٔ تو نيست

Animum in nemine figas, nisi qui in te animum fixerit.

34.

در عمل کوش وهر چه خواهي پوش

Bonis operibus certa, et quidquid lubuerit gesta.

35.

دوکس دشمن ملک و ديننډ پادشاه بي حلم و زاهد بي علم

Duo et regni, et religionis sunt hostes, rex sine clementia, et religiosus sine scientia.

36.

دروغ گوي روي سياه راست گوي روي سفيد

Qui mentitur faciem habet nigram, qui vera dicit, albam.

37.

دوسترا چندان قوّت مده که اگر دشمن شود تواند که جفا کند

Amico nimium potestatis concedere noli, nam, si inimicus evaserit, fieri potest, ut malum tibi creet.

38.

روندهٔ بي معرفت مرغ بي پر است

Peregrinator sine scientia avis est sine alis.

Digitized by Google

39.

رحم آوردن بر بدان ستم است بر نیکان و عفو کردن از ظالمان جور است بر درویشان

Misereri pravorum, bonis est injuriam facere, nefariisque crimina ignoscere, pauperes est affligere.

40.

زهر دارد درون دنیا چو مار کرچه بینی ظاهرش نقش ونگار

Mundus intus veneno imbutus est, tanquam serpens, licet formam ejus videas versicolorem.

41.

زاهد بي علم خانه بي در است

Religiosus sine doctrina, domus sine foribus est.

42.

زن بد در سراي مرد نكو هم درين عالمست دوزخ او

Mala mulier in ædibus viri boni, infernus ejus in hoc mundo est.

43.

سلامت در کنار است

In littore salus est.

44.

سر چه آرايي بدستار اي پسر کر توانی دل بدست آر اي پسر

O fili! qui caput tuum ornas cidari, stude potius animum tuum reddere meliorem.

Digitized by Google

45.

سخنی در نهان نباید گفت که بهر انجمن نشاید گفت

Verbum aliquod in occulto dicere non decet, quod in quovis hominum confluxu dici non licet.

46.

سه چیز بي سه چیز پایدار نماند مال بي تجارت و علم بي بحث و ملک بي سیاست

Tria sine tribus stabilia esse nequeunt: Divitiæ sine quæstu, scientia sine controversia, regnumque sine pœna.

47.

سخن در میان دو دشمن چنان گوي که اگر دوست شوند شرم زده نباشي

Orationem inter duos inimicos ita instituas, ne redintegrata forte amicitia tibi pudori sis.

48.

ظرافت بسیار هنر ندیمان است و عیب حکیمان

Multæ facetiæ compotatoribus sunt decori, sed dedecori sapientibus.

49.

عالم بي عمل زنبورست بي عسل

Sapiens sine bono opere, apis est sine melle.

Digitized by Google

50.

عالم بي عمل درخت بي برست

Sapiens sine bonis operibus, arbor sine fructu est.

51.

علم از بهر دين پروردنست نه از بهر دنيا خوردن

Scientia tractandæ, conservandæque religioni est, non vero absumendis hujus mundi opibus.

52.

غمي كز پيش شادماني بري به از شادي كز پيش غم خواري

Mœstitia, quam ante gaudium habes, præstat gaudio, quod post mœstitiam habes.

53.

فرصت غنيمت است

Occasio est lucrum.

54.

قرين پادشاه حكيم فكرت پيشه بايد نه نديم هزل انديشه

Regis familiarem esse oportet sapientem, qui seria cogitare, non morionem, qui tantum nugas mente volvere consuevit.

55.

قرب سلطان آتش سوزان بود با بدان الفت هلاك جان بود

Familiaritas cum principibus est ignis ardens; amicitia cum improbis est exitium animæ.

Digitized by Google

56.

کوتاه خردمند به که نادان بلند

Parvus sapiens, altæ staturæ imperito præstat.

57.

کوه را بنوک سوزن کندن از بیخ آسانترست از رذیلت کبر از دل کردن

Facilius est montem cuspide acus e radice evellere, quam superbiæ vitium e corde exterminare.

58.

کودکي که بعقل پیر بود نزد اهل خرد کبیر بود

Parvus ingenio senem æquans, apud prudentes magnus est.

59.

گاوان و خران بار بردار به از آدمیان مردم آزار

Boves, asinique onera bajulantes præstant hominibus, qui mortales misere divexant.

60.

گر سلامت بایدت خاموش باش کشت ایمن هر که نیکي کرد فاش

Si tibi cordi est salus tua tace; in tuto est, qui erga omnes beneficus est, ac liberalis.

61.

گر همي خواهي که باشی در امان رو نکویي کن تو با خلق جهان

Si tutam cupis, ac tranquillam vitam degere, mundi hujus incolas blando omnes vultu, et sermone compella.

Digitized by Google

62.

گداي نيک انجام به از پادشاه بد فرجام

Mendicus boni finis præstat regi mali finis.

63.

کسي را که عادت بود راستي خطا کر کند در گذارند ازو

Cui mos fuerit verum dicere, etsi semel peccaverit, connivere fas est.

64.

مکن که حيف بود دوست بر خود آزردن علي الخصوص مردن دوسترا که ثاني نيست

Noli committere, ut tui caussa offensum a te amicum dolere debeas, illum præsertim, qui neminem post se secundum habet.

65.

مورچگانرا چو بود اتفاق شير ژيانرا بدرانند پوست

Parvæ formicæ, si consenserint, ferocissimi leonis cutem lacerant.

66.

منت منه که خدمت سلطان همي کني منت شناس ازو که بخدمت بداشتت

Noli tu gloriari, quod ministerium præstas regi, quin gloriam esse existima, quod ille te suo dignatur servitio.

Digitized by Google

67.

نام نیک رفتگان ضایع مکن تا بماند نیکت یادگار

Honestam defunctorum famam noli lædere, ut et nominis tui memoria maneat.

68.

نگاه دار زبان تو تا بدوزخت نبرد که از زبان بتر اندر جهان زباني نیست

Linguam frenato tuam, ne te perdat, quia lingua nulla res in mundo perniciosior.

69.

نادانرا به از خاموشي نیست

Homini imperito nihil silentio consultius est.

70.

نه هر سخن که بداند بگوید اهل شناخت

Non quævis dicet, quæ sciverit sapiens.

71.

نکویي با بدان کردن چنانست که بد کردن بجاي نیک مردان

Pravis benefacere perinde se habet, ac male facere viris bonis.

72.

نیست مردي خودرا آراستن قصد جان کرد آنکه او آراست تن

Ornatus virum haud decet, animam enim periculo objicit, qui corpus nimium comit.

Digitized by Google

73.

نیست در تن بهتر از تقوی لباس در تکلف مردرا نبود اساس

Nihil melius est, quam modestia in vestitu corporis, viro enim nihil solidæ laudis est in cultu externo corporis.

74.

نکند جور پیشه سلطاني و نیاید ز گرگ چوباني

Iniquus regnare, perinde ac lupus oves pascere nequit.

75.

نیک باش و بدت گویند خلق به که بد باشي ونیک پندارند

Ut bene agas, et male de te loquantur homines, præstat, quam si male agas, et bene de te existiment.

76.

هر چه دلت خواست نه آن میشود آنچه خدا خواست همان میشود

Non quod vult cor tuum, fiet, illud fiet, quod Deus vult.

77.

هر نعمتي که بمرگ زوال پذیرد خردمندان در حساب نعمت نگیرند

Omne beneficium, quod cum morte cessat, id viri sapientes in beneficiorum numero haud reputant.

78.

همچنانکه جهان بعدل آبادان گردد بجور ویران شود

Digitized by Google

Quemadmodum mundus per justitiam incolis impletur, ita per injustitiam iisdem orbatur.

79.

هرکه تأمّل نکند در جواب پیشتر آید سخنش ناصواب

Quicunque responsum non meditatus fuerit, pleraque ipsius verba inania sunt.

80.

هر که خودرأیرا نصیحت کند او خود بنصیحت محتاجست

Quicunque sciolo consilium dederit, is ipse alterius eget consilio.

81.

هر چه کاري بدروي

Ut sementem facis, ita metes.

82.

هر که خیانت ورزد دستش از حساب بلرزد

Quicunque fraudes committere suevit, manus ejus a judicio trepidat.

83.

هرکه دشمن کوچکرا خور میدارد بدان ماند که آتش اندکرا مهمل میگذارد

Quicunque inimicum parvum existimat invalidum, similis est illi, qui exiguum incendium securius negligit.

Digitized by Google

84.

هر كه از آواز دشمنان ترسان بود كار او هر لحظه ديگر سان بود

Qui metuit ab inimicis, is singulis momentis ab actionum suarum cursu deflectet.

85.

هر كه او شد ساكن وخاموش بود از سلامت كسوتي بر دوش بود

Qui quietus fuerit, ac taciturnus, profecto is injicit humeris suis vestem salutis.

86.

هر كرا عادت شود جود وكرم در ميان خلق كردد محترم

Cui beneficentia, ac liberalitas in consuetudinem abierit, is acceptus vulgo omnibus erit.

87.

هر كه كار نيك و يا بد ميكند آن همه ميدان كه با خود ميكند

Quicunque opus sive bonum, sive malum fecerit, id ille suo unius commodo, vel incommodo se fecisse intelligat.

88.

همه كسرا عقل خود بكمال نمايد

Unicuique suum perfectum videtur ingenium.

89.

هر كرا بر سماط بنشيني واجب آمد بخدمتش بر خاستي

Digitized by Google

In cujuscunque convictu fueris, necessum est, ut in illius servitium surgas.

90.

هر کرا صبر نیست حکمت نیست

Quicunque patientia caret, etiam sapientiam nullam habet.

91.

هر که سخن نسنجد از جواب برنجد

Quicunque sermonem non ponderat, responso offenditur.

92.

هر که او در بند آرایش بود در جهان فرزند آسایش بود

Omnis, qui ornatui corporis sese mancipat, filius est vanitatis mundi.

93.

هر که بر خویشتن نبخشاید کر نه بخشاید بر و کسي نشاید

Qui sui non miseretur ipse, alii ejus ne misereantur æquum est.

94.

هر بدي که تواني بدشمن مرسان بود که وقتي دوست کردد

Quodvis damnum, quod inimico dare potes, ne dato, fieri enim potest, ut aliquando ex inimico amicus fiat.

95.

هر آن سرّي که داري با دوست در میان منه چه داني که وقتي دشمن کردد

Quidquid arcani habueris, amico ne exponas, quid nosti, annon aliquando inimicus evasurus sit.

Digitized by Google

96.

هر بیشه گمان مبر که خالیست شاید که پلنگ خفته باشد

Noli existimare sylvam esse vacuam, forte tigris in ea latitat.

97.

هر که عیب دگران پیش تو آورد و شمرد بیگمان عیب تو پیش دگران خواهد برد

Qui aliorum ad te crimina refert, et recenset, absque dubio tuos etiam defectus aliis indicat.

98.

هر که با دشمنان دوستان خود صلح کند سر آزار دوستان دارد

Quicunque cum amicorum suorum hostibus amicitiam facit, amicos offendere studet.

99.

هر که در حال توانائي نیکویي نکند در وقت ناتواني سختي بیند

Quicunque rebus florentibus non benefecerit, rebus labentibus miseriam videt.

100.

یادگار مرد نه فرزند اوست بلکه سنتهاي خوب وسیرتهاي نیکو

Monumentum viri non est prolis ejus, sed pulchri mores, et præclaræ animi dotes.

Digitized by Google

NARRATIONES PERSICÆ.

داستان نخستین

آورده اند که روزي هارون الرشید بشکار رفت پیری را دید که درخت کردکان میکاشت هارون از حرص او عجب داشته اسب پیش او راند و کفت که اي پیر ترا چند سالست کفت چهار سال فضل بن ربیع بانک بر پیر زده کفت که چرا در خدمت امیر المومنین دروغ میکویي کفت دروغ نمیکویم چه عاقلان دانند که عمري که در زمان سلطنت بني امیه کذشته آنرا در حساب عمر نتوان شمرد و همچنین در زمان سفاح و منصور بجهت خون ریختن بسیار وترس و وهم بیشمار که بر خلایق مستولي بود داخل زندکاني نتوان کرفت وآنچه از عمر حساب توان کرد چهار سالست دو سال در زمان خلافت مهدی و دو سال در دولت امیر المومنین هارونرا این سخن خوش آمده هزار دینار باو انعام فرمود چه رسم وي چنان بود که هر شخص که اورا سخنيء خوشحال سازد هزار دینار بوي دهد آنکاه از پیر پرسید که این درخت کي ببار آید تا تو از میوهء آن بهرهمند کردي پیر کفت که دیکران کشتند ما خوردیم و ما میکاریم که دیکران بخورند هارون کفت که احسنت وهزار دینار دیکر به پیر بخشید پیر کفت که عجب حالتیست که هر درختي که ازین نوع بکارند بعد از بیست سال از آن بر خورند و من امروز کشتم وبدو آفتاب عنایت امیر المومنین هم از آن بر خوردم هارون فرمود تا هزار دینار دیکر به پیر دادند واسب رانده روان شد و با فضل کفت که اکر با این پیر مکالمه نمودي زر بسیار از ما بستدي ❊

NARRATIO I.

Referunt *Harun Erreschidum*, cum, quodam die, venatum ivisset, quendamque ætate gravem, qui nucem juglandem serebat, vidisse, de industria ejus miratum, equum suum ad ipsum citasse, ac dixisse: O senex! quot tibi sunt anni? quatuor, inquit ille, anni. *Fadl Ben Rebī*, invectus in senem ait: eccur, dum circum Imperatorem fidelium es, mentiris? Minime mentior, reponit ille, namque norunt sapientes, ætatem, quæ durante filiorum *Ommiæ* imperio effluxit, in rationem ætatis non posse referri; prout nec illam, quæ sub *Saffah*, et *Mansur* acta est, ob frequentem sanguinis effusionem, terroremque, ac pavorem ineffabilem, qui mortales cepit, posse pro vita capi. Illud itaque, quod numerari de ætate quit, anni sunt quatuor: anni duo in chalifatus *Mahadi* tempore; anni duo in Imperatoris fidelium dominatu. *Harun*, effatum hoc maxime probans, mille aureos nummos gratificatus est ei; talis enim apud illum obtinuit mos, ut, quicunque bonum sibi proferret dictum, mille nummos ei aureos daret. Tunc quærebat de sene: quando arbor hæc futura gravis est, tu ut fructuum illius particeps esse queas? Quod alii severunt, occurrebat senex, nos edimus, et quod nos seminamus, alii edent. *Harun*, acute dixisti, inquiens, mille iterum aureos nummos largitus seni est. Miranda est res, pergit senex, quod de quaque arbore, quæ ex hac seritur specie, fructum post viginti edant annos: ego vero hodie sevi, atque de ea, sole gratiæ Imperatoris fidelium fota, fructum etiam edi. *Harun*, postquam mandavit, ut mille denuo seni darentur aurei nummi, concitato equo abiit, ac *Fadlo* dixit: si colloquare cum sene hoc, multum a nobis tolles pecuniæ.

Digitized by Google

داستان دوم

آورده اند که روزي ابو جعفر منصور عبّاسي از ندماي خود پرسيد که شما عيبي در فرزند من مهدي مي بينيد کفتند او عيب ندارد مکر اينکه محبوب دلها نيست ابو جعفر چون اين سخن شنيد ضياع وعقار مردمرا بجور وستم کرفته با قبالجات املاک مسلمانان بمهدي سپرده کفت که از فوت من خداوندان اموال و اسبابرا طلب نموده حق ايشانرا باز ده و التماس نماي تا مرا حلال کنند چون منصور متوفي شد مهدي در ابتداي سلطنت خود افتتاح برد مظالم کرده اموال و املاک مظلومانرا بايشان داد بجهت آن محبوب دلها کشته خلايق محبّت ويرا در دل جاي دادند *

NARRATIO II.

Referunt, *Abu Giafar Mansur Abbasidam*, die quodam, de compotoribus suis quæsiisse: num vos, inquit, aliquod, in filio meo *Mahadi*, cernitis vitium? Vitium ille non habet, respondebant ii, nisi isthoc, quod cordibus haud sit carus. *Abu Giafar*, ubi hoc audivit verbum, agros hominum, ac fundos, vi, et injuria occupavit, possessiones Musulmanorum, cum syngraphis, *Mahadio* dedit, ac dixit: defunctus postquam ero, dominis opum, ac facultatum convocatis, quod ipsis jure debetur, restitue, illosque, mihi ut ignoscant, roga. Extincto itaque *Mansur*, *Mahadi* primordium dominationis suæ ingressus, inique partas opes, et patrimonia, ipsis injuria laceratis, reddidit. Ob hoc, carus cordibus est factus, et homines in animo, ad amandum ipsum, locum concessere.

داستان سيم

عبد الله بن مقنع کويد که در کتب حکما که در خزانهء ملوک فرس بود ديدم که ملوک فرس بجهت ده خصلت که ياد کار کيومرث بود بر

Digitized by Google

سلاطين جهان تفضيل داشتند اوّل آنكه دختران خودرا به بيكانكان نميدادند دويم آنكه دختران بيكانكان را ميخواستند سيم آنكه هه كس‌را بر سر خوان خود جاي ميدادند و خود بر سر خوان كسي نمي نشستند چهارم آنكه چون در حق كسي انعام مي نمودند بآن وفا ميكردند و هر كز از كفتهء خود بر نمي كشتند ششم آنكه چون كسي را بعطاي مخصوص ميساختند هر ساله آن مبلغ را بطريق ادوار و وظيفه بوي ميرسانيدند هفتم آنكه بكردار زياده از كفتار بودند بكفتن راست نمايد كارها كردار ميبايد هشتم آنكه هر كز آن مقدار شراب نميخوردند كه عقل ايشان زايل كردد نهم آنكه مجرم‌را عقوبت نميكردند مكر وقتي كه صورت غضب ايشان فرو نشستي دهم آنكه هر كز بارزال واوباش صحبت نميداشتند و هواره با حكما واهل دانش مصاحبت ميكردند *

NARRATIO III.

Ego, inquit *Abdallah Ben Mocanna*, in Doctorum libris, qui in Bibliotheca regum Persiæ asservantur, legi, Reges Persiæ, propter decem virtutes, quæ in *Caiumaráth* eminebant maxime, reliquos orbis terrarum Principes antecelluisse. Primo, quia filias suas peregrinis non dedere. Secundo, quia filias peregrinorum expetivere. Tertio, quia ad mensas suas quemque admisere: ipsi vero nullius adsedere mensæ. Quarto, quia, quando in aliquem beneficium collaturi erant, cum nemine consultavere. Quinto, quia, quando promissa faciebant, illa exsolvere, nunquamque a dictis suis recessere. Sexto, quia, quando aliquem dono obligabant, illam summam, per modum conversionum, et stipendii, vertente quovis anno, illi remisere. Septimo, quia in negotio plus fuere, quam in otio; dicere enim solebant: recti non estis, laboribus est adsuescendum. Octavo, quia vini nunquam exhausere tantum, ut illorum deficeret mens. Nono, quia reo pœnam non inflixe-

Digitized by Google

re, nisi quando æstus eorum iræ decedebat. Decimo, quia cum indoctis hominibus, et rudibus se non conjunxere, sed semper cum philosophis, et viris doctrina excultis, versati fuere.

داستان چهارم

آورده اند که یکي از خلفاي عباسي با وزیر گفت که مرا از سیر ملوک سالف حکایتي گوي و مآثر و محامد سلاطین ماضي تقریر نماي وزیر گفت که جمال دولت امیر المومنین بکمال خلود مزیّن باد در کتب سلف بنظر بنده رسیده که در زمان جمشید مرتبهٔ بلند و درجهٔ ارجمند بسبب کبر سن بود پیرانرا تعظیم مینمودند و در روزگار فریدون سوابق خدمت اعتبار داشت چنانکه هرکه بیشتر بخدمت فریدون رفته بود اورا بزرگتر میدانستند و در زمان منوچهر حسب ونسب معتبر بود و در عهد کیکاوس عقل و خردرا ترجیح مینهادند و در ایام دولت کیخسرو مردي ودلیري‌را وسیلهٔ تفضیل مي داشتند و در زمان کشتاسب ولهراسب دین و امانت بسبب تفرج و تبجیل بود و در عهد نوشیروان مجموع مقدمات سابقه ملحوظ و منظور بود بجز از توانکري که آن از درجهٔ اعتبار ساقط بود *

NARRATIO IV.

Perhibent, unum ex Chalifis Abbasidis Vezirio dixisse: mores mihi Regum antiquorum denarra, et memoranda, laudandaque priscorum Principum edisserta. Prosperitas Imperatoris fidelium, subjecit Vezirius, in æternum floreat læte! oculis servi tui, in veterum voluminibus, hæc occurrere: Nempe, imperante *Giamschid*, altus dignitatis gradus, et præclarum officium, propter ætatem ingravescentem, obtingebant; magnifaciebant senes. Porro, præterita ministerii jura, tempore *Feridun*, summe æstimabantur, ita ut, quanto quis in ministerio *Feridun* viveret longius, major is agnosceretur tanto. Deinde, sub

Digitized by Google

Manugeher, nobilitas, et stemma prævalebant; at imperante *Caicaus*, judicium, et ingenium præferebantur. Exhinc, rerum potiente *Caichosrew*, strenuitas, et fortitudo, ad dignitatem viam sternebant. Postea regnantibus *Gustasp*, et *Lohrasp*, religio, et fides, oblectamenti, et ceremoniæ caussa fiebant. Denique principatu *Nuschirwan*, cuncta supra dicta, respiciebantur, et observabantur; excepta opulentia, nam illa de gradu æstimatus decidit.

داستان پنجم

از حاتم طايي سوال نمودند که از خود کريمتر کسي ديده جواب داد
که بلي وقتي در باديه ميرفتم ناگاه بموضعي رسيده خيمهء کهنه ديدم و بزي
بر در خيمه بسته و زالي نشسته چون مرا بديد پيش رويده عنان مرا بگرفت
ودر خانهء خود فرود آورد درين اثنا پسرش رسيده زال گفت که اي پسر بزرا
بسمل کن تا بجهت مهمان طعامي ترتيب دهم پسر گفت نخست بصحرا روم
و هيمه آرم پير زن گفت که تا تو بصحرا رفته باز گردي دير شود و مهمان
گرسنه ماند اين چوب خيمه را بشکن پسر چوب را شکسته بزرا بکشت و طعامي
مهيّا ساخت ملاحظه نمودم از مال دنيا بغير از آن بز هيچ چيز ديگر نداشت
و آنرا نيز در راه مهمان نهاد بوقت مراجعت با زال گفتم مرا ميشناسي گفت
ني گفتم من حاتم بايد که بقبيلهء من آيي تا در حق تو انعام مي کنم و حق
ضيافت تو بگذارم زال گفت ما بر مهمان نان نفروشيم و مزد نستانيم از
من هيچ چيز قبول نکرد دانستم که از من کريمتر است *

NARRATIO V.

Hatim Thaii interrogavere dicentes: num aliquem te ipso comperisti liberaliorem? utique, respondit ille; certo die, profectus in dersertum sum: ex improviso in locum quendam devectus, tentorium vidi lacerum, et ad ostium tentorii capram unam alligatam, quandamque anum se-

Digitized by Google

dentem. Ubi hæc percepit me, accedens habenam meam arripuit, et in casam suam deduxit. Interea filio suo accurrenti dixit: fili mi, capram macta! cibum ut pro hospite apparem. Primum, inquit puer, in campum concedam, et lignum adferam. Donec tu in campum eas, ait vetula, et inde redeas, multum elabetur temporis, et hospes famelicus manebit: diffringe hoc tentorii lignum. Puer lignum frangebat, capram feriebat, exin illa cibum parabat. Observavi eam ex bonis mundi, præter illam capram, nihil quidquam habuisse, et illam quoque, in gratiam hospitis, apposuisse. Tempore revertendi vetulæ dixi: nostine me? reposuit: non. Tum ajebam: ego *Hatim* sum, oportet ad familiam venias meam, bene ut de te merear, atque hospitalitatem tuam compensem. Nos, subijciebat vetula, panem hospiti non vendimus, et mercedem non capimus. Ex me nihil accepit; unde conclusi, illam me liberaliorem esse.

داستان ششم

در کتاب فرج بعد الشدّة مسطور است که در مصر طبیبي قطیع نام بود وقتي مردي از معارف مصر بسکته کرفتار شده هر چند طبیبان درو معالجات کردند فایده بر آن مترتب نکشت خادمان او باسباب تجهیز وي مشغول کشتند قطیع کفت که شما خون دل از حیات او برداشته اید مرا تدبیري بخاطر رسیده بدان عمل مینمایم اکر از حیات او باقي باشد شفا یابد والّا ضرري برو نرسد قطیع تازیانه طلبیده برخاست و ده تازیانه بقوّت تمام بر مسکوت زد ونبض اورا لحتیاط کرده حرکتي درو نیافت غلامرا فرمود تا ده تازیانهء دیکر بقوّت هر چه تمامتر بروي زد هم اثري ظاهر نشد تازیانهء دیکر بزدند چون ملاحظه نمود حرکت در نبض او ظاهر شد قطیع اطبّارا کفت که نبض مرده حرکت میکند کفتند ني آنکاه فرمود که تازیانه بروي میزدند تا نالیدن آغاز کرده چشم بمالید و بنشست ازو پرسیدند که ذرا چه حالت

Digitized by Google

پیش آمد وخودرا چکونه مییافتي جواب داد که مرا خوابي برده بود که هر
کز چنان خوابي در نظرم نیامده قطیع غذاي موافق باو داده بعد از چند
روز آن شخص صحّت یافت اطبّا از قطیع پرسیدند که باین معالجه چکونه
منتفطن شدي جواب داد که نوبتي بسفر حجاز میرفتم جمعي از اعراب ببدرقه
کرفته بودیم یکي از آن طایفه از شتر افتاده سکته شد پیري از رفقاي ایشان
تازیانه بر وي میزد تا مسقوط برخاست من دانستم که بضرب تازیانه حرارت
غریزيرا در بدن او احداث کرده آنرا برافراخته *

NARRATIO VI.

In libro, *post nubila Phœbus*, dicto, memoriæ traditum est, florente in Ægypto medico quodam, nomine *Cati*, certo die, virum quendam, ex proceribus Ægypti, apoplexia fuisse correptum; cui etsi varia adhibuere remedia medici, nihil ipsi emersit commodi. *Cati*, famulis ejus, in apparanda exsequiarum ejus pompa, occupatis, dixit: vos ipsi spem de vita ejus abjecistis: unum vero mihi in mentem venit consilium, illud exsequi volo; si quid de vita ejus superest, e morbo evadet, sin, malum ei haud obtinget. *Cati*, arrepto flagello, sese erexit, atque decem flagelli ictus, apoplectico, vi tota, inflixit. Exin, venam ejus pertentans, et motum non observans, servum, decem rursus flagelli ictus, impetu longe validiori, in eum expedire jussit: nullum item conspectum est signum; tandem, ictibus iteratis, venam cum tetigisset, motus in ea aliquis apparuit. Medicos *Cati* interrogavit, dicens: num vena mortui edit motum? Responderunt: non. Tunc, jubente illo, apoplecticum ita flagellavere ut, ingemiscens, oculum fricuerit, ac sederit. Ad quæstiones: quid tibi accidit rei? quo te ipsum habuisti modo? subjecit: me somnus arctissimus, cui consimilis se nunquam oculis obtulit meis, complexus est. Vir ille, convenientissimo a *Cati*

Digitized by Google

victu sustentatus, ab aliquot diebus convaluit. Medici ex *Cati* quæsivere: ad hanc medendi peritiam qua pervenisti ratione? Tempore quodam, respondit ille, iter cum instituissem Hegiazum, atque nonnullos, ex Arabibus campestribus, in indices viæ, assumsissemus, unus ex turba illa, de camelo lapsus, in apoplexiam incidit. Senex inter eos quidam, scutica eum usque eo cecidit, quoad apoplecticus surgeret. Ego non eram nescius, ictu scuticæ, colorem naturalem, in corpore ejus, productum fuisse, ac excitatum.

Digitized by Google

F A B U L A.

باغبان و بلبل

Hortulanus, et luscinia.

آورده اند که دهقاني باغي داشت خوش و خرم وبوستاني تازه‌تر از گلستان ارم هواي آن نسيم بهار را اعتدال بخشيدي وشمامهء رنگان روح افزايش دماغ جانرا معطّر ساختي

نظم

گلستاني چو گلزار جواني
گلشن سيراب آب زندگاني
نواي عندليبش عشرت انگيز
نسيم عطرسايش راحت آميز

و بريک گوشهء چمنش گلبني بود تازه‌تر از نهال کامراني و سر افرازتر از شاخ شجرهء شادماني هر صباح بر روي گلبن گل رنگين چون عذار دلفريبان نازک خوي ورخسار سمنبران ياسمين بوي بشکفتي و باغبان باآن گل رعنا عشق بازي آغاز نموده گفتي

بيت

گل بزير لب نميدانم چه ميگويد که باز
بلبلان بي نوارا در فغان مي آورد

باغبان روزي بر عادت معهود بتماشاي گل آمد بلبلي! ديد نالان که روي در صحيفهء گل مـــي ماليد و شيرازهء جلد زرنگار اورا بمنقار تيـــز از يکديگر مي گسيخت

بيت

بلبل كه بكل در نكرد مست شود
سر رشتهء اختيارش از دست شود

باغبان پريشانيء اوراق كل مشاهده نموده كريبان شكيبائي بدست اضطراب چاك زده ودامن دلش بخار جكردوز بيقراري در اويخت روز ديكر همان حال وجود كرفت وشعلهء فراق كل

مصراع

داغ دكرش بر سر آن داغ نهاد
روز سيوم بحركت منقار بلبل

ع

كل بتاراج رفت وخار بماند

خارخاري ازآن بلبل درسينهء دهقان پديد آمده دام فريبي در راه وي نهاد وبدانهء حيل اورا صيد كرده در زندان قفس محبوس ساخت بلبل بيدل طوطيوار زبان بكشاد و كفت اي عزيز مرا بچه موجب حبس كردهء ازچه سبب بعقوبت من مايل شدهء اكر صورت بجهت استماع نغمات من كردهء خود آشيانهء من در بوستان تست دم سحر طربخانهء من اطراف كلستان تست و اكر معنيء ديكر بخيال كذرانيدهء مرا از ما في الضمير خود خبر ده دهقان كفت هيچ ميداني كه بروزكار من چه كردهء ومرا بمفارقت يار نازنين چند بار ازردهء سزاي آن عمل بطريق مكافات همين تواند بود كه تو از دار وديار مانده واز تفرج وتماشا مهجور شده دركوشهء زندان مي زاري و من هم درد هجران كشيده و درد فراقت جانان چشيده در كلبهء احزان مي نالم

Digitized by Google

بيت

بنال بلبل اگر با منت سر ياريست
که ما دو عاشق زاريم و کار ما زاريست

بلبل گفت از اين مقام درگذر و بر انديش که من بدين مقدار جريمهٔ که گلي را پريشان کرده ام محبوس گشته‌ام تو که دلي‌را پريشان مي سازي حال تو چون خواهد بود

نظم

گنبد گردنده ز روي قياس
هست به نيکي و بدي حق شناس
هر که نکوي کند آنش رسيد
وهرکه بدي کرد زيانش رسيد

اين سخن بر دل دهقان کارگر آمده بلبلرا آزاد کرد بلبل زباني بآزادي گشاد و بگفت چون با من نکوي کردي بحکم هل جزا الاحسان الا الاحسان مکافات آن بايد کرد بدان که در زير درخت که ايستادهٔ افتابهٔ است پر از زر بردار ودر حوايج خود صرف کن دهقان آن محل‌را بکاويد و سخن بلبل درست يافت گفت اي بلبل عجب که آفتابهٔ زررا در زير زمين مي بيني ودام در زير خاک نديدي بلبل گفت تو آنرا ندانستهٔ که

اذا نزل القدر بطل الحذر

ع

با قضا کار زار نتوان کرد

چون قضاي آلهي نزول يابد ديدهٔ بصيرت را نه روشني ماند و نه تدبير وخرد نفع رساند *

Digitized by Google

التماس از فضلاي روزكار وبلغاي ادوار آنست
هرجا كه سهوي و خطاي واقع شود
بذيل كرم بپوشند و قلم اصلاح
بر آن جاري دارند

VINDOBONAE,
Ex Officina Catharinae nobilis de Kurtzbek.
1804.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google